





311  
Q. D. B. V.  
DISSERTATIO PHILOLOGICA  
DE

V S V

1909 9  
LXX INTERPRETVM  
IN  
N. TESTAMENTO.

QVAM  
PRÆSIDE

D. IOANNI HENRICO MICHAELIS,  
SS. TH. ET SS. LL. P. P. ORD.

PATRONO SVO, PRÆCEPTORE AC HOSPITE VENERANDO,  
Pro Priuilegijs Philosophiæ & Artium MA-  
GISTRI impetrandis,  
placido eruditorum examini

In Academia Fridericiana d. III. Aug. MDCCIX. submisit

AUCTOR

GEORG. IO. HENCKE,

Ulza-Luneburgicus, nunc Ecclesiæ Glauchenfis  
DIACONVS.

16  
Editio tertia auctior, & cum Indice locorum N. T. ex versione r̄v̄  
LXX illustratorum.

HALAE MAGDEBURGICAE,  
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr. 1721.

VIRO  
SVMME REVERENDO ATQVE AMPLISSIMO,  
DOMINO  
HENRICO LVDOLPHO

*Sentheim*

PATRIAE OLIM PRAEPOSITO ET PASTORI PRIMARIO VT ET VICINARVM ECCLESIA RV M SVPERINTENDENTI, NVNC VERO APVD HARBVRGENSES PASTORI PRIMARIO, VICINARVM ECCLESIA RV M SVPERINTENDENTI GENERALI, ET CONSI-STORII REGIO-ELECTORALIS CONSILIARIO GRAVIS-SIMO.

NEC NON

VIRIS

PRAE-NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS ET CONSVLTISSIMIS,  
DOMINO

ERNESTO FRIDERICO von *Stern*  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI REGIS MAGNAE BRITANNIAE, FRAN CIAE ET HIBERNIAE, ET ELECTORIS BRVNSVICENSIS REI THESA VRARIAE CONSILIARIO, ET VLZENSIS CIVITATIS CONS VLI SPECTATISSIMO,

DOMINO

CHRISTOPHORO *Bertram*  
EIVSDEM PATRIAE CIVITATIS CONS VLI MERITISSIMO;

Domini s Suis, ac Patroni s ætatem colendis,

HANC DISSERTATIONEM PHILOLOGICAM,

*nouis observationibus auctam,*  
*denno*

Offert, Dicat, Consecrat

AVCTOR.



CAP. I.  
DE  
HISTORIA LXX INTERPRETVM.

Σύνοψις.

Quanta τῶν LXX auctoritas omni tempore fuerit? §. I.

Cuius auspiciis, & a quot Viris Scripturae ex Ebraeo sermone in Graecam linguam conuersa sit? §. II.

An omnes V. T. libri ab ipsis in Graecam linguam translati sint? §. III.

Quid de *Aquila*, *Symmachii*, *Theodotionis* & trium *Anonymorum*, quae vocantur *quinta*, *sexta* & *septima*,

versionibus sentiendum? §. IV.  
An LXX. viralis versio superfit, an vero, quae hodie extat, ab antiqua plane sit diuersa? §. V.

An sit integra an vero corrupta, & quae variarum a textu Ebraeo discrepantiarum sint rationes? §. VI.

An LXX Interpretes XIII loca consulto & destinata opera falsauerint? §. VII.

I.



**V**ersionem LXX Interpretum maxima olim polluisse auctoritate, luculenter historia nos edocet. Iudæi, testibus *Aristea* ac *Iosepho*, hanc versionem ita adprobauerunt, ut omnia non tantum non mutata voluerint, sed dira quoque imprecati sint illi, qui immutaturus eam esset, vel addendo, vel transferendo, vel auferendo; quamuis postea, cum premi se auctoritate huius versionis a Christianis animaduertent, illam reiicere haud dubi-

À 2

dubi-

dubitarint. (a) Quin tanto in pretio hæc ipsa versio illis fuit, vt, Hebraicæ linguæ rudes atque incii, in Synagogis eandem vsurparint. Christiani vero, inprimis Græci, illam adeo venerati sunt, vt haud exiguus ipsorum numerus eidem adscripserit infallibilitatem. Quam Patrum sententiam licet minime nostram faciamus, non aliam ac humanam huic versioni auctoritatem tribuentes, maximi tamen hanc ipsam Versionem faciendam esse, iure arbitramur. Est namque omnium, quas habemus, antiquissima; nec sine *speciali Dei prouidentia* elaboratam statuimus cum *Eusebio Præparat.* Euangel. libr. VIII. c. 1. & *Chrysofomo*, qui *estium ad Christum eam gentibus exiisse* scribit apud *Watsonum* ad *Bibl. Polygl. Proleg. IX. §. 1.* Vid. etiam *Lutherus* Tom. II. Ien. Lat. f. 20. b. (b) *Franciscus Lamberus* de *Prophet.* tr. V. c. 34. *D. Paulus Antonius* in *Ep. ad Resp. diff. Cellar.* de *LXX* Interpr. (c) & *Balth. Kæpke* de *Sapientia Dei abscondita* P. I. p. 39. seqq. Accedit, quod Patres illa in citandis V. Testamenti dictis frequentissime vsi sint, quos ideo mul-

(a) Inprimis Iudæi Hebraistæ, qui mere erant Hebræi, & nullum gustum Græcarum literarum ceperant, vt a Græcorum gente, lingua & studiis omni ex parte alieni ores, ita ab ea versione abhorrebant, qualibet occasione eam proscindentes. Hinc illud lamentum in tractatu *Sopberim: Opus quinque Seniorum, qui scripserunt Ptolomæo Regi legem Græcæ, fuit dies ille grauis Israeli, sicut dies, quo factus vitulus.* Vid. *Hottinger.* Theol. Phil. libr. I. c. II. Sect. III. p. 336.

(b) *Lutherus* l. c. *Ego, inquit, interim cum LXX Interpretibus remanebo, qui & in aliis locis nescio quid diuini habere sensus (etiãsi a proprietate verborum frequenter diffideant) vt illud Ps. 2, 12. ADPREHENDITE DISCIPLINAM, quam exposte & explicate dixerunt, quod Hebræus, OSCVLAMINI FILIUM, obscurus dixit. Nam hoc vere est Iesum Christum amplecti, disciplinam & crucem amplecti, & vt Paulus solet dicere: passionibus Christi communicare &c.*

(c) *D. Paulus Antonius* loc. cit. *Non nego, verere in cortice versionis LXX, qualem habemus hodie, varias difficultates, & si vis, maculas etiam forte*

multis in locis non satis recte intellexeris, nisi τῶν LXX consulueris versionem. (d) At quid humanis testimoniis o-

A 3 pus

de non exiguas: grata tamen mente agnosco & admiror τὸ θεῖον, quod in re ipsa sacra per orbem terrarum diffundenda satis superque usum suam codex ille Græcus probavit suo tempore. Præstitit omnino opus illud biblicum, quod præstare tum inter gentes debuit ad benigniorem tutum diuine providentia. Neque possum non --- reuocare τῶν in memoriam matuum illud & sanum iudicium, quod tulit heri Præses tuus Celeberrimus, quum docta præfatione faceret disputandi copiam. Fuisse enim versionem illam INSTRUMENTVM & VEHIꝞVLVM, quo Deus gentes quam plurimas congregavit IN VNITATE FIDEI, clara dicentem voce audiui, quod mouit haud dubie olim viros catholicos, vt tanti illam facerent. In ipsa vero dissertatione Cl. Præses ab initio statim hæc verba facit: Vt solem Orientem diluculum antecedit seu tenuis lux & dubia, præuentia maioris & fulgentissima: Sic Euangelii claritati per orbem terrarum dispergenda prælusit quasi celestis providentia, qua factum fuit, vt inter densissimas tenebras diuina quaedam lux paganis hominibus seu pluribus gentibus oriretur, sanctis Dei scripturis ex Ebræo sermone, qui paucorum erat, in Græcam linguam, omnibus prope gentibus commanum, vtilissime conuersis.

(d) Auctor præfationis paræneticæ, quæ editioni τῶν LXX Amstelodami Ao. 1683. excusæ præmissa est, quamque deinde suæ editioni, iuxta codicem Alexandrinum Oxonii Ao. 1707. editæ, præfixit Io. Ernestus Græbe sub nomine Ioannis Pearsoni, (quem, Canonicum tum Eliensem in Anglia, huius præfationis auctorem esse, a Colomesio in obseruationibus S. p. 54. iam notatum est. Vid. quoque Itigij Biblioth. Patrum in not. ad Clementis Epist. I. ad Corinth. p. 39.) Quis, inquit, Græcos Patres de rebus diuinis disserentes intelliget, qui normam, quam semper in animo, dum scriberent, habuere, non ante cognitam atque perspectam habeat? aut quæ illis scriptura V. T. innotuit, præter eam, quæ a LXX Senioribus edita est? Illam sane, illam obique respiciunt; illius auctoritate nituntur, illius verba recitant, sententiam referunt, vt in Patrum operibus legendis cæcus plane sit, qui eandem non nouerit. Quis illa Clementis Romani, Apostolorum Discipuli intelliget, ἐν ἐαυτῶν ὁρθῶς προσεγγυησ, ὁρθῶς δὲ μὴ διέλησ, ἡμαρτες; ἡσύχασον; Quis illa, quæ sequuntur, vt ex sacris Oraclis deprompta agnoscat, καὶ εἴτεν καὶ πρὸς ἀδελφῶν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῶν, Διέλωμεν εἰς πῶδιον, nisi - - LXX versionem consulas? - - Sed & ad Latinos Patres (pergit) non minus quam Græcos recte intelligendos LXX-viralis versio perquam utilis est, immo necessaria. Quæties enim aliquid ex V. Fædere citant, aut ad locum aliquem quocunque modo respi-

pus est, quum testimonium diuinum, atque omni exceptione maius, habeamus? quod vnicum auctoritatem huius versionis nobis commendat facis. Eam quippe ita dignatus est Spiritus S. vt Amanuenses suos in libris N. T. conscribendis diligentissime illam sequi voluerit. Atque hæc imprimis ratio multos mouit, vt ad legendos LXX Interpretes Theologiæ Studiosos frequenter excitauerint, fuerintque sedulo adhortati. (e) Eo etiam tendit hæc nostra dissertatio, quæ vsûm LXX Interpretum in N. T. specimine quodam ob oculos ponet. Quod vt feliciter fiat, diuinam gratiam ante omnia exoptamus.

II. Ante vero quam de vsu LXX - viralis versionis in N. T. agamus, ex veteribus historiam eius, sed breuiter tantum, attingemus. PTOLOMAEVS PHILADELPHVS Rex Ægypti, litteraturæ studiosissimus, & teste Athenæo libr. V. c. V. *πρώτος δεύτος, h. e. vndiquaque optimus, & libr. XII. τῶν*

*respiciunt, aut ipsi Seniores illos interpretantur, aut Latinam Interpretationem ex LXX versione factam referunt. Quamuis enim fuerint quam plurime inter Latinos Patres V. Instrumenti versiones, tamen ante S. Hieronymum nulla ex Hebræo codice facta est, sed ex Græco omnes. Vid. August. de Doctr. Christ. libr. 2. c. 2. & de Ciuit. Dei libr. 18. c. 43. Quis mensum S. Ambrosii, pergit idem, assequetur, qui in oratione de obitu Theodosii de Helena in hunc modum loquitur: ADORAVIT ILLVM QVI PEPENDIT IN LIGNO, ILLVM, inquam, QVI SICVT SCARABÆVS CLAMAVIT, VT PERSECUTORIBVS SVIS PECCATA ECONDONARET, nisi qui sciat eum ad illa Hab. 2, 11. respexisset, Ἰδοὺ ἐν τοῖς ἔργοις σου, ἡ ἀνιδία ἐν ἑλίξ Ὀδύξεταῖ ἀντά. Vnde et S. Ambrosio et S. Augustino Christus appellatur SCARABÆVS BONVS.*

(e) In modo laudata Præf. parænetica sub finem Cl. Auctor sic scribit: Quum LXX viralis Versio ad Hebraicam veritatem probe percipiendam, ad auctoritatem testimoniorum Apostolicorum confirmandam, ad natium Noui Fœderis stylum recte intelligendum, ad Græcos Latinosque Patres rite tractandos, ad scientiam denique linguæ Græcæ ipsamque Criticam ad ornandam tam sit vtilis atque necessaria, quis eam doctis omnibus, præsertim Theologis, non videt debere esse commendatissimam?

(f) Au-



των σημειώτατος γινόμενος δυνάστην; omnium gravissimus princeps, bibliothecam Alexandriæ, ab antecessore iam conditam, suo sumtu & studio maximo opere augeri procurabat. Hic, quum de Sacris Iudæorum libris audiret, ad Pontificem Iudæorum Eleazarum scribebat, ut peritos & selectos quosdam mitteret, qui Scripturam S. ex Hebræa in Græcam linguam traducerent. Pontifex, desiderio Regis obsequens, ad hoc opus consummandum de populo suo quosdam delegabat; quot vero? non omnium una est sententia. Nam si auctoritas *Aristea*, quem securus est *Iosephus*, aliquid ponderis habet, Seniores fuerunt LXXII, nempe VI ex qualibet tribu; ac totidem Regem petiisse a Pontifice, iidem auctores perhibent. (f) Alter vero *Iosephus Gorionides* Ebræus Eleazarum quendam cum LXX viris missum esse scribit L. III. c. II. p. 173. seq. edit. Goth. At Talmudici in Massechet *Sopherim* c. 1. quinque tantum Seniores fuisse adserunt, qui hanc versionem adornauerint. Narrant tamen statim ibidem, & in codice *Meggillah* fol. 9. a. aliam historiam de Ptolomæo, quod is LXXII Seniores Iudæorum convocauerit, eosque singulos seorsum conclusos, iusserit *Legem describere*. Id quod illi per diuinam inspirationem ita præfiterint, ut non tantum in ipsis verbis Legis, sed etiam in XIII locis mutatis omnes conspirauerint. Itaque ex illis veterum testimoniis & horum dissensu vix certi quid de numero Interpretum statuere licet. Vulgo quidem dicitur *Versio LXX Interpretum*; sed non tam rei veri-

(f) Auctoritas *Aristea* a nonnullis in dubium vocatur; & quidem sunt, qui non plane *Aristeam* reiiciunt, sed quibus corruptus videtur. Sic *Leo Caesarinus* & *Alph. Salmero*. Alii plane *Aristeam* reiiciunt. Primus fuit *Ludouicus Vives*, quem securus est *Ioseph. Scaliger*, & in primis *Humfredus Hody*, & *Anthonius van Dale*. Quia vero recentiores sunt, qui contra *Aristeam* obiciunt, horum auctoritatem veteribus illis, qui propius multo fuerint ad *Aristea* tempora & veritatem melius percipere potuerint, neminem sanum æquiparare, multo minus præferre, iudicat *Walton*. Proleg. ad Bibl. Polyglott. Vid quoque *Proleg. LXX Interpr.* edit. Lips. ut alios hic taceamus.

veritas in caussa est, quam ipsa, quæ per tot sæcula inualuit, consuetudo. Quumque adeo numerus Interpretum incertus sit, opinio de 70 cellulis, in quibus Scripturam in Græcam linguam transtulisse a multis crediti fuerunt, vel hoc ipso refutatur. Neque *Aristeas* & *Iosephus* earum faciunt mentionem, sed tantum *Ebræus ille Gorionides* de LXX Interpretibus refert, quod de LXXII *Scribis* narrat Talmudici; eamque traditionem Iudæorum nonnulli Patrum secuti sunt. Vid. *Hieronymus* aduersus *Ruffinum* libr. II. p. m. 227.

III. Num vero solus Pentateuchus, an Prophetici quoque libri & Hagiographi tunc translati fuerint? quæstio grauioris est momenti. Prius *Iosephus* adfirmat Procœm. A. I. cumque ipso Iudæorum aliorumque plurimi; posterius *Gorionides* aliique. Illorum opinioni patrocinari videtur filii in Pentateucho ab reliquis libris discrepantia (cuiusmodi exempla adduxit *Lambertus Bos* in Proleg. LXX Interpret.) quodque *Iosephus* & *Aristeas* Legis tantum mentionem faciunt. Horum tamen sententia maiori videtur niti probabilitate. *PROLOMAEVM* enim, qui omnia antiquitatis monumenta comparandi summo studio tenebatur, ceteras populi Iudaici historias & oracula prophetica neglecturum, totque muneribus Iudæos sollicitaturum, ac sumtus pene incredibiles erogaturum fuisse, vtsolam Iudæorum Legem nancisceretur, creditu est difficile. Atque quum probabile haud sit, omnes simul in vna sectione & libro vertendo laborasse, sed diuisisse potius inter se opus, fortassis inde enata fuit stili diuersitas. Neque adeo huic sententiæ *Aristeæ* & *Iosephi* testimonium obtare videtur, siquidem Iudæis non inuicatum est, totam Scripturam nomine לְכָל הַכֹּהֲנִים s. Legis adpellare. Vtcunque vero se res illa habet, hoc tamen ex *Siracidis* prologo certum est, omnes V. T. libros in Græcam traductos linguam ante iam natum Christum fuisse. Dicit enim auctor in Prologo, non solum νόμον, sed etiam τὰς προφῆτας

ἔχοντα

ⲛⲓ τὰ λοιπὰ τῶν βιβλίων in versione aliquid differentiae habere ab Hebraico contextu. Exstitisse autem ante tempora PHILADELPHI iam aliam versionem Graecam, merito dubitatur. Testimonium enim *Aristobuli* apud *Eusebium* de Praepar. Euang. lib. XIII. c. 12. quod citari solet, non de Bibliorum conuersione, sed de historia rerum Iudaicarum, quæ a Graecis notata fuerant, agere, demonstrarunt alii. Vid. *Huetius* Demonstr. Euang. prop. IV. p. 279. seq. De hisce autem omnibus, qui plura desiderat, adeat ipsum *Aristeam*, *Iosephum* A. I. lib. XII. c. II. *Hottingerum* thes. philol. lib. I. c. III. *Walson*. Bibl. polygl. proleg. IX. *Cellarium* dissert. de LXX Interpret. *Fabricium* Biblioth. Gr. Libr. III. c. XII. aliosque.

IV. Dum vero historiam versionis τῶν LXX breuiter recensemus, ne cum hac ceteræ versiones Graecæ, nimirum *Aquila*, *Symmachi*, *Theodotionis*, & trium *Anonymorum*, quæ vocantur *Quinta*, *Sexta* & *Septima* confundantur, non possumus non facere etiam illarum breuissime mentionem. *Aquila* enim Ponticus, primum epagano Christianus, deinde Apostata Iudæus factus, nouam Scripturæ versionem, circa an. Christi 128. vel 129. edidit, & quidem, vt putant, ex odio Christianismi & in opprobrium LXX-viralis versionis. vid. *Epiphanius* de Pond. & mensur. Suam autem versionem iterata editione perpoliuit, quæ (vt *Hieronymus* in Comment. ad Ezech. c. III. p. m. 469. refert) ab Hebræis dicta est *נאוי אנקלβησαν*. In illa autem versione sua struenda ita morosus fuit auctor, vt vocibus ipsis atque litteris alligari se pateretur, ipsas etiam etymologias vocum exprimere conatus. Vid. epistola *Hieronymi* ad *Pammachium* T. II. p. m. 376. Post illum quoque *Symmachus* natione Samaritanus, primum ad Iudæos deficiens, & postea E-bionitarum sectam secutus, translationem suam sub medium II. vel potius sub initium see. III. confecit, non vt *Aquilas* verbum de verbo, sed sensum de sensu exprimens. *Theodo-*

itio vero primum Christianus, post apostata Iudæus, Scripturam anno Domini 184. etiam in Græcam linguam transtulit: in quo labore se ita gessisse dicitur, vt, sicut *Aquila* verbum verbo. *Symmachus* sensum sensu expressit, ita ipse commixtum ex utroque genus & medie temperatum dederit: quumque familiariter prius versione τῶν LXX fuisset vsus, complura illius retinuerit, & in plerisque optime concordauerit. Vid. *Hieron.* Præf. in Iobum T. III. p. m. 24 & *Comment. in Eccles.* c. 2. T. VII. p. m. 42. Excepto Daniele, quem ex illius versione legimus, nihil de ea integrum superest. Præter illas autem adhuc duæ, altera in dolio prope Hierichuntem A. D. 219 altera ad Actium promontorium prope Nicopolin in turri A. D. 230. repertæ sunt, quarum auctores ignorantur. *Quinta & Sexta* illæ vocantur, quod in *Hexaplis Origenis* (g) columnas duas vltimas occuparunt.

*Septima*

(g) Vt Philologiae cultores sciant, quid *Origenis* illa *Tetrapla*, *Hexapla* & *Ostapla* sint, ex *Epiphanio* de Ponderib. & Mens. c. XIX. sequentia communicamus: Origenes quum in persecutione Decii Tyrum concessisset, illo tempore quatuor illas editiones, nimirum *LXX Interpretum*, *Aquila*, *Symmachi* & *Theodorionis*, duabus Hebraicis editionibus adiectis, vno volumine comprehendit, atque vnam editionem ex aduerso alterius opposuit, eosque libros *Hexaplos* nominauit. Quum vero editionis V & VI libros reperisset, nec de auctoribus constaret, habita temporum, quibus inuenta sunt, ratione, primum ad superiores illas quatuor consequenter vnam atexit, quam appellari *Quintam* voluit, & inscripta quinta litera ordinem illius ostendit. Idem & in VI secutus est, quam epistemo præfixa editionis *Sextæ* nomine vulgavit. *Tetrapla* IV Græcis editionibus constant, quum nimirum *Aquila* translatio primo loco posita: tum *Symmachi*: deinde LXXII, ac postremo *Theodorionis* in vnum conflantur. Quibus si Hebraicæ duæ editiones accesserint, *Hexapla* vocantur. Quod si V & VI editionem adiunxeris, consequens est, vt *Ostapla* nominentur. Quum autem LXX Interpretum editionem inter Græcas accuratissimam esse persuasum haberet, mediam omnium esse voluit, vt ad eam vtrinque dispositæ ceteræ tamquam ad amissum exigi redarguique possent. *Isaacus* quidem *Vossius* in App. LXX Interpr. p. 43. (quia & hoc ipsius hypothesi inseruit) negat *ostapla*, & ex iis facit *Hexapla*, scopumque Origenis ait fuisse exhibere in *Tetraplis* qua-

Septima solius tantum fuit Psalterii. De quibus tamen omnibus hodie non nisi fragmenta supersunt. Vid. *Prolegomena* ad edit. Lips. p. 30. 32.

V. Ceterum, quum his præmissis, nunc ipse usus versionis LXX Interpretum in N. T. spectandus venit, statim forte cogitauerit quispiam, illum quidem concedendum de veteri, ab Interpretibus ipsis tunc confecta; negandum contra de illa, quæ nunc nostris sese oculis sistit, & aliena videtur. Igitur hæc, quæ ventilari solet, quæstio paucis etiam attingenda erit. Quæritur enim, *eademne sit, quæ hodie extat versio, an plane diuersa?* deinde, si eadem, *integre sit, an vere corrupta?* Ad prius quod attinet, negant quidem nonnulli, LXX Interpretum versionem hodie superesse; (h) quorum

B 2

tamen

quatuor, in *Hexaplis* vero sex discrepantes versiones comparatas cum Hebræo codice, ut, quam quisque vellet, interpretationem sequeretur; sed refutatus fuit a *Richard. Simon*, Excerpto III, aduersus eundem, ubi singularum editionum ordo hoc diagrammate sistitur:

TETRAPLA:

Aquila.	Symmachus.	Septuaginta.	Theodoro.
---------	------------	--------------	-----------

HEXAPLA:

Hebraica literis Hebraicis.	Hebraica Græc. lit.	Aquila.
-----------------------------	---------------------	---------

Symmachus.	Septuaginta.	Theodoro.
------------	--------------	-----------

OCTAPLA:

Hebraica literis Hebr.	Hebraica literis Græcis	Aquila.	Symmachus.
------------------------	-------------------------	---------	------------

Septuaginta.	Theodotio.	Quinta editio.	Sexta editio.
--------------	------------	----------------	---------------

(h) Superesse Versionem LXX Interpr. negat inter alios *Vferius Syn-tag.* de LXX. *Isaacus Voffius* contra plurimum huic versioni tribuit, adeo, ut Hebræum codicem, tq. a Rabbinis interpolatum, præ illa deprimat, in quo

tamen sententiæ merito repugnant alii, contrarium non siæ fundamento adstruentes. Euincere enim hoc inter alia possunt citationes Scriptorum N. T. Ἰσοπνεύτων, ipsorumque Iudæorum ac Patrum, quæ hodieque versioni Græcæ secundum verba conueniunt. Neque etiam legimus, post tempora illa aliam vnquam ab Ecclesia substitutam fuisse versionem; sed sicut primi Christiani a Iudæis eam summa cum veneratione acceperunt, ita ad nostra vsque tempora etiam seruata fuit. Quumque Syri Syrum, Romani Romanum codicem seruauerint, quidni & Græci suum?

VI. Interim quod versio τῶν LXX multis in locis minime accurata, vel etiam variata, immutata atque deprauata sit, id quidem negari haud potest. Inter Opera *Lightsfooti* posthuma recensetur quoddam, cui titulus: *λεῖψανα in rebus ad LXX Versionem spectantibus*; quo in tractatu *σφάλματα τῶν LXX* ad sequentia præcipue capita referuntur: *Inaniter addita. Periculose decurtata. Sensum clarum obscurantia. Vitiansia pulcrum. Reddita in sensum alienum. Traditiones Iudaicas redolentia. Hebraica retenta. Reddita pro fama gentis. Pro fama textus. Paraphrases. Propria nomina facta adpellatiua. Numeri male calculati. Locorum nomina recentiora. Vocales male lectæ. Litteræ male coniuncti &c.* Enimvero omnes isti errores, qui hodie multiplices in hac versione deprehenduntur, & interdum absurdi fati sunt, sæpe non tam interpretibus ipsis adscribendi, quam temerariæ potius imperitorum hominum audaciæ, librariorumque culpæ atque inertię tribuendi sunt. Quo modo tamen non inficiamur, ipsos etiam Interpretes subinde perperam conuertisse, nec parum interdum a textu Hebræo discrepasse. Quod si quæris, vnde istæ discrepantiæ?

quo Ludovicum Capellum habet consentientem, cuius nimirum summam in eo studium fuit, vt ex Græca versione Hebræum textum emendaret. Hunc vero inter alios refutat *Buxtorffus* in *Anti-Critica* 3.

tia? variæ dari possunt rationes. Estque hæc nonnullorum singularis opinio, interpretes illos vel ex codice Samaritano, (i) vel ex Chaldaica quadam paraphrasi Scripturam transtulisse; (k) quæ tamen adferio firmis rationibus plane destituitur. Aliis igitur adfirmare placet, τὰς LXX in conuertendo Scripturam vsos fuisse codice vel non punctato, vel minus vocalium, error facile committi potuerit. E. g. Gen. III, 17. pro כַּעֲבוּרָךְ *propter te*, LXX habent: ἐν τοῖς ἔργοις σου, quasi pro 7egerint 7. Sic Zach. IX, 9. עֲנִי *pauper*, LXX: πτωχός, permutando, vt nonnulli existimant, 7 in 7; quod tamen ex vocum & significationis cognatione conciliari poterit. Ita sane Iudæi censuerunt, *Raschi*, *Kimchi*, *Aben Melach* &c. & *Jonathan* id ipsum etiam per עֲנִיָּוִת, h. e. *mitis & mansuetus*, reddidit. Porro דַּעְלָרָה *plaustrum* Ec. V, 18. LXX redd. δαμάσκος, quasi דַּעְלָרָה legissent. Sic pro לַעַר *in perpetuum* Mich. VII, 18. LXX habent: ἐς μακρότιον, quasi esset לַעַר. Ita locum Gen. IV, 7. studiose fortassis aliter legerrunt, quam ipsa verba Hebræa requirunt. In talibus enim

B 3

locis,

(i) Rationem hanc proferunt, quod mirus in plurimis codicis Samaritani cum Græco codice accedat consensus, de quo vid. multa exempla apud *Hottinger*. Theol. Phil. Libr. I. c. III, Sect. III. p. 294. seqq. *Iob. Morinus* autem de Hebræi Græcique textus sinceritate libr. I. Exc. 10. c. 1. Sic a principio, inquit, non fuisse, nullus dubito, lapsu igitur temporis in textum hæc inuecta sunt. Causam vero huius variationis referendam censet vel ad Iudæos Alexandrinos, qui propter odium & inuidiam, qua flagrabant in Patristinos, non cessarint, neque quieuerint, donec falsassent & corripissent illam versionem; vel ad ipsum Origenem, utpote de quo *Claudius Salmasius* de Hellenistica p. 243. *Origenes in Hexaplis suis Theodotionis versionem misauerat & inferuerat versioni τῶν LXX* &c.

(k) Quod olim adseruit *Philo* Iudæus, eo ipso tamen, iudice *Hottinger* 1. c. p. 292. in hac causa insufficientem, quod linguæ S. ne quidem proletriam & perfunctoriam habuerit notitiam. Paraphrastæ potius Chaldæi mutuati sunt nonnulla ex Versione LXX. virali.

locis quæ præsertim nonnihil difficultatis habent, relictis punctis authenticis, aut mutatis etiam ex parte vocibus, alios sensus venari, qui ad rem non prorsus inidonei sunt, in *Medraschim* Iudæorum & iucundum & gloriosum habetur, ut notum est. Verba LXX Interpretum l. c. hæc sunt: *ὁ θεὸς ἐὰν ὀρθῶς προσενέγκῃς, ὀρθῶς δὲ μὴ δίσλῃς, ἡμεῖς; ἡσύχασον*, quasi pro voce *לפתח* ad ostium legerint *לפתח* ad diuidendum, vel *לפתח*, pro *פסח* peccatum, *פסח* peccasti, & pro *רבי*, in imperatio *רבי* cuba, seu quiesce. (1) Atque huius generis παραρρήματα seu variationes in illis sane non pauca sunt. Namque hoc etiam variarum inter utrumque codicem discrepantiarum causam dedisse videtur, quod si LXX non raro, sensu literali relicto, eum secuti fuerint, qui tum inter Iudæos receptus erat. Ita etiam *Lighifoorus* Chorogr. præmissi. Marc. c. 6. § 3 causam reddens, quare Græci Interpretes *terram*, quæ Hebraice dicitur *כנרת* 1. Reg. IX, II. 12. 13. verterint *ὄρειον*, *Solui sunt*, inquit, interpretes Græci nomina locorum reddere non raro non eo nomine, quo vocantur in textu Hebræo, sed quo nuncupabantur temporibus posterioribus sub templo secundo, quod & a Chaldeis Targumistis est factum non raro. - - Quod facere soliti sunt illi alias, factum & hic arbitramur; eosque relicto pristino nomine, quo vocabatur regio ista Galilea seculis vetustioribus, nempe CHABVL, nomen & titulum, quo vulgo audit, ei indidisse *ὄρειον*. Accedit, quod Græci Interpretes sæpe non tam verba attendant singula, quam ipsum sensum, & paraphrastas agant. E. g. quando addunt Gen. IV, 8. *Διέθραμεν εἰς πεδίον*. Sic quando explicant vocem *טואב* Gen. XIX,

(1) *Isaacus Vossius* de LXX Interpr. p. m. 33. hunc locum sic vindicat: dixisse nimirum Deum Caino, recte quidem ipsum fecisse, quod obtulisset sacrificium, sed non recte id diuississe, quia meliorem partem sibi referuasset. Recte vero diuississe Abelem, qui *πλεיוνα θυσιαν*, ut est in epistola ad Hebr. XI, 4. obtulisset ac meliorem partem sacrificio destinasset,



XIX, 37. ἐν τῷ πατέρι μὲν, & v. 38, vocem עֶמֶן: ὅς γένος μὲν.  
 Atque hoc in locis difficilioribus non parum sæpe iuvat  
 lectorem. Ita difficilis alias locus est, & cum Chronologia  
 primo intuitu minus conueniens, quando Ex. XII, 40. Israe-  
 litæ in Aegypto habitasse dicuntur 430. annos. Hanc itaq; diffi-  
 cultatem vt tollerent οἱ LXX, explicationis caussa addunt:  
 ἐν γῆ χαναάν, pro quo in codice *Megillah* f. 9. b. במצרים  
 ובשאר ארצות LXXII illi Seniores scripserunt dicuntur.  
 Textus etiam *Hebræo-Samar.* cum *Versione Sam.* itidem ha-  
 bet: במצרים ובארץ כנען ובארץ כנען; ita enim numerus ex-  
 surgit. Quod autem in Fonte tantum Aegyptiacæ mansio-  
 nis mentio fiat, a qua tota mansio denominatur, idcirco fa-  
 ctum, vt putat *Fagius* in *Comm.* ad l. c. quod ea reliquis diu-  
 turnior & posterior fuit. Præterea non negamus, variarum  
 discrepantiarum causam hanc quoque esse, quod Interpre-  
 tes Græci linguæ Sanctæ post Babylonicam captiuitatem  
 haud ita gnari, & nonnunquam vt homines oculis suis ad  
 textum non satis attenti fuerint: vnde non in vocibus tan-  
 tum difficilioribus, sed interdum quoque facilioribus hallu-  
 cinati fuere. (m) Haud exigua denique turbatio & permuta-  
 tio ex Origenis *Tetraptis*, *Hexaptis* & *Octaptis* (de quibus  
 vid. §. 4. p. 10. seq. & infra *ibid.* in notis) orta aliis videtur.  
 Nam coniunctis sic editionibus, præsertim postquam  
 ipse Origenes LXX Interpretum oram obseruationi-  
 bus

(m) E. g. Gen. XXII, 13. Vocem בסבך in perplexitate vertunt  
 quasi esset nomen proprium: ἐν Φυτῶν σαβέκ in virgulto Sabek. A-  
 thanasius quidem quæst. 98. ad Antiochum: planta Sabek, inquit, est vene-  
 randa crux. Aries vero, qui in Sabek herebat ad plantam, figurauit Chri-  
 stum pro nobis in cruce immolatum. Et sunt inter Pontificios, qui putant,  
 Christum in verbis istis: ἡλὶ ἡλὶ λαμὺσὰ σαβακθὰν Mat. XXVII, 46. ad  
 eandem plantam Sabek alluisse, vt indicaret, se esse illum arietem, penden-  
 tem atque suspensum ex arbore Sabek, quam Dominus sub typo alterius a-  
 rietis pendens ex planta Sabek Abrahæ olim ostenderit; sed id quidem  
 sine vlla soliditate.

bus circumscripserat, ac postmodum LXX seorsum e-  
debat cum asteriscis, obelis, iemniscis, epifemis, quibus alio-  
rum interpretum diffensionem, vel additiones aut detracta-  
tiones notabat, factum est, ut a describentibus confunde-  
rentur, quæ distincte ab illo posita erant, aut ex ora in tex-  
tum reciperentur. Hinc in hodierno Græco codice pas-  
sim quædam superflua, vel ex *Symmachi*, vel *Aquile*, vel  
*Theodotionis*, vel e quinta aut sexta editione transfumta,  
comparent, & verba Hebræi textus sæpe bis conuersa legun-  
tur. e. g. Pl. XVIII, 36. Pl. XXIX, 1. Pl. CXXXII, 4. Pl.  
CXLVIII, 5. Ad quæ loca vid. Dn. Præses in notis ad Psalt.  
Aethiopicum. Quæ omnia vero, ut humanam originem  
& imperfectionem manifesto produunt, ita etiam nequa-  
quam in diuinæ veritatis præiudicium adhiberi debent: ad-  
eoque versiones quæcunque, etiam hæc antiquissima, ipsi  
Fontibus Hebræis minime æquiparandæ aut præferendæ  
sunt.

VII. Ipsos autem Interpretes *consulto & destinata pe-  
ra* loca quædam falsasse, multaque Prophetarum testimonia  
de Trinitate ac Christo prætermisisse, aut aliter fuisse inter-  
pretatos; hanc quidem ob causam, *ne fidei suæ Sacramenta  
Ethnicis perspicue proderent, nec Sanctum canibus & marga-  
ritas porcis darent &c.* quæ veterum ac recentiorum non-  
nullorum est sententia, id quidem non audemus adfirmare.  
Vid. *Hieronym.* in præf. ad Esaiam Tom. III. p. m. 26. *Light-  
foot.* Hor. Hebr. ac Talm. ad Luc. III, 36. & Append. p. 236.  
Hæc enim neque cum scopo *POLOMÆI*, (n) neque cum in-  
ten-

(n) *Qui enim* (verba sunt *Hottingeri*) interpretationis huius *Mecenas* eum, ad quem tanto studio intendit, seruisset scopum, si possit scripturæ pars, *Mysteria de Deo, Trinitate, Incarnatione Filii*, vel intacta vel mala fide translata fuisset? Neque impedit metus, quem prætereunt solent, profanationis aut irrisionis legis diuinæ, quum ex mente Iudæorum cor *Protomæi* & seruatorum eius rectum fuerit cum Iudæis & lege eorum. Meor. En. p. 46. a.

entione DEI, (o) neque cum sine omnium interpretationum (p) consistere posse, rectius ceaset *Hottingerus* thes. Phil. libr. I. c. III. Sect. III. pag. 329. Conf. etiam *August.* de C. D. libr. XVIII. c. 42. 44. Dantur sane loca, quæ de Christo agunt, non pauca, ubi versio Græca textum Hebræum exacte exprimit. Talmudici quidem, vt supra §. II. iam diximus, XIII loca recensere solent, quæ LXXII Seniores de industria aliter vel scripserint, vel conuerterint, ne Ptolomæi animum offenderent, vel occasionem scandali, aut prauæ cogitationis aliqua in Lege sinistre intelligendi darent: V. c. quum dicunt, illos verba Gen. I, 1. sic scripsisse: אלהים ברא כראשית, aut vt alii volunt, eos transtulisse: ὁ θεὸς ἐποίησεν ἐν ἀρχῇ, ne quis exiltimaret, *Breschib* esse nomen Dei, & sic duos deos, quorum alter alterum creasset, introducere viderentur. Sic ibid. v. 26. *Faciam hominem*, non, *Ficiamus*, eandem ob causam. Similiter *Leuit. XI. 6.* pro הארנבת *lepore*, posuisse illos dicunt: את צערת הרגלים, h. e. *curtum*, vel vt nonnulli ex LXX Interpr. v. 5. coil. *Deut. XIV. 7.* coniciunt, δασύποδα, seu *hirsutum pedibus*, quia Ptolomæi vxor adpellata fuerit *Λαγός*, ne viderentur ipsam irrisisse, quum eius nomen inter animalia immunda ponerent, nam *λαγός*, vel *λαγῶδς leporem* significat. Enimvero hanc Rabbinoꝝ obseruationem alii inter fabulas Iudaicas numerant: ac pleraque illa loca, quæ præter modo allegata *Gen. I. 1. 26. Leu. XI, 6. Deut. XIV, 7. Exod. XII, 40.* sequentia sunt:

C

(o) Deus, qui nihil frustra vel facit vel fieri permittit, intentione sua, absq̃ blasphemia verbo, excidisset, si sacratissima & secretissima Iudaicæ religionis mysteria, vel silentio præterita, vel male translata Iudæis soli lingua Græca in Aegypto & alibi adfuetis, fuissent tradita. Neque enim dubitandum, quin in Iudæoꝝ potius Hellenistarum, quam Ptolomæi gratiam translatio hæc fuerit adornata. Id.

(p) Quo sine interpretatione Scripturæ S. cuduntur, nisi vt, quod per ignorantiam Linguarum OO. plebi Ecclesiastica negatur, id ipsum per accuratas translationes compensetur? Id vero quomodo fiet, si ea, in quibus cor- de salutis nostræ vertitur, vel plane non reddantur vel male? Id.

sunt: Gen. II, 2. c. V, 2. c. XI, 7. c. XVIII, 12. c. XLIX, 6. Exod. IV, 20. c. XXIV, 5. 11. Num. XVI, 15. Deut. IV, 19. c. XVII, 3. in Versione LXX Interpr. cum Textu Hebræo conveniunt, eiusque vel verba vel sensum referunt. Igitur, his omnibus non obstantibus, insignis manet usus τῶν LXX, præcipue in N. T. ut nunc videbimus.

CAP. II.

DE

IPSO VSV ΤῶΝ LXX IN N. TESTAMENTO.

Σύνοψις.

LXX-viralis versio usum præstat in allegationibus N. T. §. I.	phrasum N. T. emphasibus §. IV.
Cur Scriptores N. T. Θεόπνευστοι hac versione, quando a textu Hebræo discrepat, sæpe vsi fuerint §. II.	In typis deinde ac antitypis etarius perspicendis §. V.
Vnum eximium etiam habet in parallelismis §. III.	In peculiaribus porro N. T. loquendi formulis §. VI.
In enucleandis icidem vocant ac	In dubiis denique rarioribusque vocibus N. T. rectius intelligendis §. VII.
	Quibus additur Epilogus §. VIII.

I.

**P**rimus igitur vsus, quem LXX-viralis versio præstat, consistit in allegationibus dictorum V. in N. T. Viri namque Θεόπνευστοι in citandis V. T. dictis hac versione vsi sunt non tantum, quando κατά νόδα sequitur Textum Hebræum, e. g. Matth. IV, 4. coll. LXX Deut. VIII, 3. Matth. XXI, 42. coll. Pf. CXIX, 22. Matth. XXII, 44. coll. Pf. CX. 1. &c. sed tum quoque, quando a fonte Hebræo discrepat. Vnde vsus hic est, ut allegata in N. T. ex hac versione rectius intelligantur. EXEM-

EXEMPLA:

(a) Vocula μόνος, a LXX Deut. VI, 13. quoad sensum inserta, ab Evangelista Matthæo c. IV, 10. retinetur. Sensum enim in Hebræo fonte non alium esse, liquidissime ostendunt sequentia, Dum hæc *D. Maius* Harmon. Euang. pag. 223. considerat, *quidni*, inquit, *Luthero licuerit* Rom. III, 28. *addere hanc vocem* Allein? *quanquam is primus non fuerit, sed iam ante ipsum facte versiones eam præferant.* Sic *Syr. & Arabs* Erpenii Rom. IV, 5. *qui tantummodo credit* &c.

(b) עני humilis, pauper Zach. IX, 9. LXX: ὑπάτος. *Matthæus* hoc vaticinium c. XXI, 5. allegans Græcos Interpretes sequitur. Sunt enim hæ voces, ut iam supra p. 13. diximus, affines, tum origine, tum significatione: *pauperes quippe fere sunt mansueti*, ut *Kimchi* loquitur in Comment. ad Psalm. IX, 19. Vtrumque de Christo verissime prædicatur, qui Rex quidem erat, sed non talis, quales Reges mundi, magnifici, superbi, sed & statu & animo humilis. conf. Matth. XI, 29.

(c) לכשר ענוים ad annunciandum mansuetis Ec. LXI, 1. LXX: εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς. Ita Luc. IV, 18. Ex agnitione enim humilitatis in peccatis, & paupertatis in spiritualibus vera oritur mansuetudo. Ibid. פתח פתח פתח, i. e. secundum versionem nonnullorum: & *vincitis apertionem ergastuli seu vinculorum.* LXX: τοφλοῖς ἀνάβλεψον. *Hæc iterum secutus est Lucas l. c. nec contra sensum.* Nam פתח פתח nonnullis, ceu vnica vox, denotat *omnimodam apertionem, & carceris, & consequenter etiam oculorum.* Et *Grotius*, *Mibi videntur*, inquit, *LXX Hebræa satis considerate interpretari.* פתח, si quis expendere velit loca, in quibus ea vox adparet, non significat *quamuis aperturam, ut פתח, sed eam suntaxat, que ad oculos pertinet, nisi quod & ad aures transfertur, quomodo & פתח oris est proprium.* *Iam vero quod sequitur פתח esse carcerem, ut multi volunt, nullo testimonio probatur. Quare non video, cur improbemus, quod doctissimi Hebræorum sentiunt,*

sunt, unam esse vocem **קִרְקָרָה**, sed in qua littera **קִרְקָרָה** posteriores ἀσχημένως reperantur. Optime ergo videntur sentire, qui hos Propheta loco **קִרְקָרָה** referunt ad plenissimam libertatem oculos huc atque illuc, qua lubet, circumferendi. Interpretes autem **LXX**, ut continuarent translationem, quod præcedit **קִרְקָרָה**, vertunt τοφλοι, nimirum quia **קִרְקָרָה** ad OCULOS pertinet, ad CARCEREM non pertinet. Atque id eo plerumque de cæcis dicitur, ut Pl. CXLVI, 8. Et XLII, 7. At Hebræi amant & propria figuratis, & alias figuras aliis connectere. Cæci autem dici solent, qui in tenebris viuunt, quod præcipue conuenit his, quos carcer claudit - Itaque apud eundem Esaiam c. XLIX, 9. eodem signifi. atu ponuntur οἱ ἐν δεσμοῖς, & οἱ ἐν σκότει, & c. XLII, 7 οἱ τοφλοι, & οἱ δεσµένοι. Captiui igitur CAECI, ut Latinis CAECI OCVLIS CAPTI.

(d) Gen. XLVI, 27. dicuntur iuxta fontem Hebræum 70. animæ in Aegyptum descendisse; **LXX** Interpretes enim vxores connumerant, quæ v. 26. excluduntur. Vid. *Glass. Phil. S. libr. I. tr. II. Sect. II. n. X. p. m. 235. seqq.*

(e) Gen. XLVII, 31. dicitur Iacob incuruas-  
se se (Deo) **וַיִּשְׁתָּחֲוֶה לְפָנָיו** super caput lecti, **LXX.** vero (qui pro **וַיִּשְׁתָּחֲוֶה** forte legerunt **וַיִּשְׁתָּחֲוֶה**) verterunt: ἐπὶ ἀκρον τῆς βάβδος αὐτοῦ, ad caput scipionis sui, i. summitati baculi sui innixus. Et sic Hebr. XI, 21. & προσεκύνησεν ἐπὶ τὸ ἀκρον τῆς βάβδος αὐτοῦ, vel (vt alii codd. habent, vid. *Seb. S. bmid. h. l.*) αὐτοῦ, & adorauit super summo baculi sui, vel, vti *Er. Schmidius* vertit: summitati baculi ipsius innixus. *D. Maius* ad h. l. Quum Iacob, inquit, clinicus non posset prostrato humi corpore, ut pii consueuerant, adorare Deum, ad caput lecti sedens adorabat abundus inclinauit ad caput scipionis sui (quem, vt *Cocceius Lex. f. 497.* notat imbecillitatis causa manu geflit, quo sedens in lecto innixus est) & hoc gestu exprimere voluit recumbentem in Deo fidem, & ab eo omnem vitam salutemque

certo

certo sperantem, coll. Gen. XLIX, 3. Ita & Grotius: qui gestus, inquit, egregiam habet fidei imaginem. Nam cui quis innititur, id scipioni comparatur 2 Reg. XVIII, 21. Ef. XXXVI, 6. Ez. XXIX, 6. Erideo מַטֵּה עֵינַי וְהִנֵּנּוּ אֵת אֲשֶׁר אֲנִי עֹשֶׂה לָּךְ. Alii ex veteribus verba Græcæ versionis ita sunt interpretati: adoravit Israel ad fastigium virgæ seu scopuli Iosephi; & sic impletum dicunt somnium Iosephi, qui solem, lunam & undecim stellas se ipsi incuruasse olim viderat. Vid. Suicer. Thes. Eccles. part. II. f. 857. seqq. Huc collineare quoque videtur versio B. Lutheri: und neigete sich gegen seines Sees pters Spîßen. Quam vero sententiam reiicit plane Seb. Schmidius in comm. ad Hebr. p. 1237. aliamque coniecturam, cur ei LXX verba textus sic verterint, adfert: Nimirum ipsos quidem recte legisse Hebræum מַטֵּה לֶעֱלֵי לֶעֱלֵי, sed sollicitius de hoc cogitavisse, quomodo Iacobus se super capite lecti incuruauerit, & existimavisse, caput lecti nihil aliud esse, quam caput virgæ seu pedis lecti, cui Iacobus innixus se incuruauerit. Nec absurdum esse putat, pedes seu fulcra lecti vocari virgas seu baculos, maxime si simplicitatis cultus apud veteres respiciatur.

(f) מַעַר וְהִנֵּנּוּ אֵת אֲשֶׁר אֲנִי עֹשֶׂה לָּךְ

לקח, Ex angustia & iudicio sublatus est. Ef. LIII, 8. LXX: ἐν τῇ ταπεινώσει ἠνεῳχθη αὐτῷ ἡδὸν, in humilitate iudicium eius sublatum est, quæ lectio in N.T. Act. VIII, 33. acceptatur. Secundum verba Hebræa sensus est, Christum ex illa angustia passionum, & iudicio, quod nostri causa in se suscepit, vinculis mortis ruptis, ereptum esse; secundum vero LXX: ipsum per exinanitionem & infamam sui humiliationem Patri suo satisfecisse, atque sic genere humano redempto fuisse exaltatum, coll. Phil. II, 6. seqq. Hebr. V, 7. Ef. LIII, 10. Luc. XXIV, 26. Quoad verba igitur quantumvis discrepantia sit, optime tamen quoad sensum vterque codex inter se concordat.

(g) לֹא יִדְוֶשׁ, Qui credit, non festinabit. Ef. XXVIII, 16. LXX: non pudebit, vel significationem verbi Arabi-

rabicam, vel etiam sensum magis respicientes, quam verba. Qui enim vere credit, illud reperit, quod reperiendum se sperabat, atque hinc non pudebit, nec pudefactus festinare & se e conspecta proripere opus habebit. Confusionis namque effectus & consequens est festinatio & fuga. Idcirco Petrus I ep. II. 6. verba Græcæ versionis allegavit. (h)

אָנִיכִי כָרִית לִי, *Aures parasti*, vel ut plerique volunt, *per fodiisti mihi* Pi. XL, 7. quod hac phrasi mos iste antiquus respiciatur, quo ferui ad finem vsque vite suæ suis se heris mancipabant, Exod. XXI, 6. Deut. XV, 17. LXX: σῶμα παρατίθημι, *corpus mihi adparasti*, & sic Hebr. X 5. Eius versionis variae sunt sententiæ eruditorum. Nonnulli *aures* in Hebræo textu synecdochice poni volunt *pro toto corpore*. Cameron vero ad Hebr. X, 5. Interpretes verba Hebraica prudentissime ita conuertisse censet, quia *non aures perforare, sed corpora feruorum nota quadam insignire, Græcis mos fuit.* Ast Grotius, *Sic mutauit*, inquit, *hic scriptor, ut sensum mysticum magis exprimeret. Non enim in Christo auricula posita, sed corpus totum cui aptatum est in obedientiæ testimonium. Et auricula illa in lege pars erat, simulque signum totius corporis, quod hero addicebatur.*

II. Quod autem Spiritus S. in N. T. Græcam versionem sæpe imitatus etiam est in iis locis, vbi illa discrepat a fonte Hebræo, id ex diuina sapientia, & per σὺν παραβάσει factum est, cum discessionem a recepta inter gentes & Hellenistas editione non sine offendiculo futuram animaduertit, Vid. Hotting. Thef. Philol. libr. I. c. III. Sect. III. quæst. XI. p. 330. Atque cum N. T. Græce scribendum tractandumque maxime a gentilibus esset, iudice Lightfooto, etiam congruentissimum, immo maxime necessarium fuit, sequi Græcos codices; quibus solis uti potuerunt gentiles, ut, historias vel allegationes, ex V. T. adductas, examinantes, consonas iis illas reperirent, & non contrariantes. Quin & Iudæi ipsi omnia inuiolata & haud mutata conseruari voluerunt.



runt. Vid. Hor. Hebr. & Talmud. ad Luc. III, 36. pag. 755. seq. Accedit denique, quod ipsi quoque Apostoli & viri Apostolici in citandis V. T. dictis non semper verba attendunt, sed nonnunquam sensum. Vid. dissertat. nostra de *Textu N. T. Græco* p. 49. seqq. §. 29. edit. 2.

III. Interdum Sancti Dei Viri, certum quendam V. T. locū indigitantes, voces ac phrales, emphaticas in primis, ex Græca LXX versione hauserunt; vbi vsq, quem lectio τῶν LXX præstat, hic est, vt parallelismum eo citius rectiusque inuestigare liceat.

EXEMPLA:

(a) Hebr. XI, 5. *μετέθηνεν* ex LXX versione Gen. V, 24. vbi Hebræum *קָנָה* optime illi hoc verbo explicant, significantes, Henochum e terra & confortio hominum in cælum sublatum, vel arboris instar fructiferæ ex huius mundi deserto in esleitem paradysum *translatum* vel *transplantatum* fuisse.

(b) Seruator Noster Iudæis, de Patre Abrahamo semper gloriantibus, obicit ens Math. XXIII, 29. quod inter alia *τὴν κλίαν* omittant, ad opera Abrahami tacite eos remittit, ceu clarius patet coll. LXX Gen. XII, 19.

(c) Similiter vocabulo *σπορέτριον* Luc. XII, 42. Seruator oculum suum intendit ad historiam Iosephi, coll. LXX Gen. XLVII, 12. Sicuti enim prudens Oeconomus, qualis Iosephus erat, familiæ omni tempore prospicit, & iudicium in cibis dandis adhibet, vt vnicuique suum possit dæmensum conueniens, aliud adultioribus, aliud Dominis, aliud seruis; sic Oeconomum mysteriorum Dei (1 Cor. IV, 1.) decet prudenter dispensare mysteria, pro rei, loci & auditorum conditione ac natura: sicut ve Paulus exprimit 2 Tim. II, 15. *ὀρθοτομεῖν*, recte sicare verbum. Confer etiam cognatum *συνδοσίαν* Gen. XLII, 19, 33. Neh. IX, 15.

(d) Verbum *ἀπαύει* Luc. VI, 30. lectorem ablegat ad Deut. XV, 2. quæ collatio verum verborum

rum

rum sensum exhibet. Scilicet meus Seruatoris hæc est, vt ne rigide ius aduersus alterum usurpetur, per vim debitum extorqueatur, multo minus cum usura exigatur. (e)

Voces ὠδύνας ἁβάρας Act. II, 24. respiciunt LXX Pf. XIII, 5. in Hebræo textu: חבלי מות vincula mortis. Vox vero חבל & funem, vt 2 Sam. XVII, 13. Pf. CXL, 6. & dolorem, vt Ef. LXVI, 7. significat. Est enim dolor veluti constrictio, aut funis, quo quis constringitur, vt scribit Cocceius in Lex. fol. 213. Sunt autem חבלי & ὠδύνας dolores grauisissimi, quales parturientium. vid. Ef. XIII, 8. Hof. XIII, 13. &c. Hæc igitur vincula & dolores mortis, quæ Christus diuina gratia pro nobis subiit & gustauit Heb. II, 9. Deus Pater, illum resuscitans, ita dissoluit Ioh. II, 19, 1 Ioh. III, 8. & ab iis Filium suum ita liberauit Luc. XIII, 16. vt nunquam iis iterum obnoxius fieri possit Rom. VI, 9. Ef. LIII, 10. (f)

Verba ποιμαίνεσθε ἀστέρας Apoc. II, 27. ad Pf. II, 9. & ibidem ad LXX Interpretes ducunt lectorem. Nam Verbum תרועה confringes eos (qui sc. ex gentibus se tibi opponunt ac rebellabunt) illi vertunt: ποιμαίνεσθε ἀστέρας, pascete s. reges eos, quasi legissent תרועה. Neque tamen hoc contra sensum; nam ποιμαίνεσθε pascere etiam de Regibus usurpatur, qui idcirco pastores populorum adpellantur. Et licet hoc verbum plerumque de miti præfectura adhibeatur, tamen sensu etiam duriori legimus Mich. V, 5. Et pascent terram Assur gladio. Exprimit autem proprium Christi officium, quod est pascere Ioh. X, 10. n. c. III, 17. alienum contra, contere-re. Et dum Christus seuerius regimen in refractarios exercere cogitur, siquis nihilominus hic plerumque solet esse, vt vel ipsi, vel saltim alii emendati ad pascuum Euangelii adducantur. Vnde interpretum nonnulli locum Apoc. II, 26. 27. de conuersione gentium interpretantur. Vid. Virringæ Comment. ad h. l.

(g) ἰχθύς Matth. XII, 40. ex LXX Ion. II, 1. pro Hebraico דג piscis, qui, si non cetus proprie

prie dictus f. *balæna* fuit, (quod multis ideo non placet, quia hæc gulæ meatum habeat angustiore, quam ut solidum hominem possit deglutire) e genere salum fuit cetaceorum, quia expresse d. l. 7171 27, f. *piscis magnus* dicitur. Nempe, ut *Bochartus* scribit Hieroz. I. libr. I. c. VII. f. 52. *fuit verus piscis, sed ita ingens, ut ratione molis suæ cetis adscribi meruerit.* Et part. II. f. 742. CETI nomine piscem aliquem e CETACEIS intelligi satius est. Intelligi autem vult speciem quandam canis marini, qui *carcharias* dicitur ab asperitate dentium & acumine. Al. *lamistas* & *lammas*, ἀπὸ τῆς ἔχου μέγαν λαμόν, a gulæ vastitate. Sunt tamen, qui *balenam* f. ipsam cetum stricta significatione intelligunt, & Ionæ descensum in ventrem piscis non minus, quam ipsius etiam commorationem in eodem, ad miraculum referunt. Ita D. Pfeifferus in Dub. Vex. ad d. l. & c. (h) ἀνατολή Luc. I. 78. non tantum respicit ad ista loca, in quibus Christus vocatur Sol & splendor iustitiæ, ut Mal. III, 20. Es. LX, 1. & c. sed ad illa etiam, in quibus ΓΕΝ Germen adpellatur, utpote Zach. III, 8. c. VI, 12. Hisce enim in locis LXX habent vocabulum ἀνατολή, sicuti & verbum ἀνατίθειν usurpant de terræ nascentibus Gen. II, 5. c. XIX, 25, quod de Christo etiam legimus Hebr. VII, 14. Si itaque (scribit Chemniius in Harmonia) ad hæc loca Scripturæ Zacharias respexit, pulcherrima est descriptio incarnationis Christi, cum inquit. ORIENS EX ALTO, quod sc. Filius Altissimi ex alto descendit, & ex immensa misericordia visitans nos, factus est germen Davidis, quod germen non ex commixtione viri & mulieris, sed ex obumbratione Altissimi ortum est. Et Lightfootus Hor. Hebr. ac Talmud. ad h. l. Bene potest Christus dici ἀνατολή ἐξ ὕψους, GERMEN AB ALTO, in antithesi ad GERMEN ILLUD AB INFRA, per quod periit humanum genus, arborem sc. prohibitam in paradiso. (i) ἐπισκιάσει, obumbrabit Luc. I, 35. Notant interpretes, sicuti verbum precedens ἐπεσκέπει generalius operationem Spiritus S. superuenientis

tis denotet, ita hoc specialius operationis illius modum aliquatenus exprimere, qui consistat, tum in diuina protectione, (Deus enim ignis consumens consumisset Mariam, peculiariter eam implendo Maiestate sua, nisi singularis obsecratio & obumbratio diuina interuenisset) tum in arcana fructus illius sanctissimi in virginali utero Mariae formatione, & ab omni peccati labe defensione, & cum Persona τῷ Λογῷ unitione mirandissima. D. Maius Harm. p. 42. hic cum aliis confert LXX Exod. XL, 34 35. In V.T. inquit, ubi Dominus peculiari ratione praesentiam suam, operationem & protectionem testatam facere voluit, umbraculo nubis se circumuestiuit, ut ferre mortales diuinam Maiestatem & gloriam possent Exod. XL, 34 35. (ubi LXX habent verbum idem, quod Euangelista h. l.) nunc vero Dominus & Rex gloriae typum istum impleturus te umbrabit, praesentissimus erit utero, ac diuina sua virtute efficiet, quod capere rationem potest &c. Ad dimus in gratiam Philologiae Studioforum sententiam Carpzouii, qui in disert. de Chuppa Hebraeorum existimat, Euangelistam verbo hoc ad ritum, qui apud Iudaeos in copulationibus obseruabatur, respicere. Tegmen enim quoddam expandebatur, & quatuor perticis a totidem pueris eas tenentibus subleuabatur, sub quo sponsus & sponsa copulabantur. τὸ ἐπισκιάζω itaque hoc modo explicat: *Filius Dei tanquam sponsus a te in utero tuo tanquam sub Chuppa obumbrabitur, dum sibi carnem veluti sponsam indissolubili matrimonii nexu associat, unit, copulat.* (k) Cantico B. Virginis Mariae non parum etiam lucis adferunt vs LXX. Verba enim: μεγαλύνει ἡ ψυχὴ μου, respiciunt LXX Pf. XXXIV, 3 ἠγαλλίασε LXX Pf. XXXV, 9. ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν LXX Pf. XXV, 13. & in primis 1 Sam. I, 11 μακαρίσθι LXX Gen. XXX, 13 ἀντελάβετο LXX 2 Sam. XXII, 3. Ef. IX, 7, c. XLI, 9, c. XLII, 1 &c. (l) Huc referri potest locus Ioh. XII, 26. Τμήσεις αὐτὸν ὁ πατήρ. Hic enim desumptus videtur Gerbarde in Harm. ex 1 Sam. II, 30, ubi Dominus dicit:

cit: honorantes me honorabo, qui autem me contemunt, vilipendentur. Ibi enim LXX in priore membro habent verbum δοξάζειν, quod confer cum Ioh. XIII, 23. sed in posteriore vtuntur verbo ἀτιμάειν, quod est oppositum verbo τιμάειν, quo Christus h. l. vtitur. (m) Hebr. X, 3.

Impossibile est, inquit Apostolus, sanguinem taurorum & hircorum ἀφαιρέειν peccata. Quam veritatem Sancti Dei Viri in V. T. sæpissime populo inculcarunt. e. c. Pf. L, 8. seqq. Pf. LI, 18. &c. Quod si versionem τῶν LXX inspicimus, Apostolus videtur nos remittere ad Ier. XI, 15. vbi sic versio Græca: μὴ εὐχαρῆτε καὶ νεύετε ἄνωγα ἀφελῆσαι ἀπὸ τοῦ τὰς κακίας οὐ;

(n) Ἐγὼ εἰμι. Hæc verba sæpius de se pronunciauit Seruator, v. c. Ioh. VIII, 12. 18. 24. c. XVIII, 5. Recte obseruat Chemniius Harm. ad Matth. XIV, 27. respici hac formula loquendi in V. Testamentum; quod etiam sentit Gerbardus Harm. ad Ioh. XVIII, 5. Dicens enim, ego sum, ostendit Seruator, quod sit verus ille Deus ac Dominus Zebaoth, qui Mosi dixit, Ego sum, qui sum Exod. III, 14. qui Iacobobo dixit, Ego sum Deus fortissimus Gen. XLVI, 3. qui in promulgatione legis dixit: Ego sum Deus fortis Zelotes Ex. XX, 5. Ita Gerbardus. Quam vero meditationem collata simul LXX Interpretum versio egregie confirmabit. Inprimis, quando Seruator Ioh. VIII, 24. Iudæos sic alloquitur: Nisi credideritis, ὅτι ἐγὼ εἰμι, moriemini in peccatis vestris, meditandum nobis exhibet locum Es. XLIII, 25. ἐγὼ εἰμι, ἐγὼ εἰμι, ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας &c.

(o) Ἐν πυρὶ φλογός, cum igne flamme, h. e. igne maxime flagrante 2 Thess. I, 8. vid. LXX Pf. XCVII, 3. πῦρ ἐναντίον αὐτοῦ πορεύσεται, καὶ φλογεῖ κίβητα τοῦ ἐχθροῦ αὐτοῦ.

(p) Ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακρὰν Luc. XV, 13. Apte ad rem significatam, inquit, Grotius, nam μακρῶθεν ἀπὸ τοῦ θεοῦ ἐαυτὸς dicuntur, qui reuerentiam Dei exuunt Pf. LXXIII, 27. (q)

ἐπαινοντας χεῖρας, attollentes manus, nimirum in cælum 1 Tim. II, 8. Mos hic orandi ab Hebræis venire videtur, Nam Ex. XVII,

XVII, 11. de Mose dicitur: *Et factum, ὅταν ἐπῆγε, quando sustulit Moses manus, praevaluit Israel.* Et Pl. CXLI, 2. ἐπαγωγὴ τῶν χειρῶν μου, *sublatio manuum mearum fit sicut mincha vesperae.* Chrysostomus in h. l. *Quid manuum, inquit, in precibus sibi vult extensio? Quoniam ille multis malis ministrant actionibus, cuiusmodi sunt verbera, caedes, rapinae, avaritia & illicitus questus: hanc ipsam ob causam iubemur eas leuare, ut, quia nobis in precibus ministrant, illud eas a malitia abstrahat & a nequitia abducat, ut, si quid rapere, vel aliena inuadere vel alium percutere velles, memor, quod easdem manus eq. deprecatrices & patronas ad Deum mittas & per eas sacrificium illud spirituale offeras, eas non pudifacias, nec per malam actionem libertate sua spolies.* (r)

λαὸν περιεσίον, *populum peculiarem* Tit. II, 14. *Peculium est aliquid vel pretio vel labore comparatum ut propria possessio, & hinc charum veluti thesaurus. Respicit autem Apostolus ad populum Israeliticum, qui in V. T. erat Domino הַגְּלוּל peculium. Eritis mihi, inquit Deus Ex. XIX, 5. הַגְּלוּל peculium, s. populus peculiaris possessionis ac conseruationis, praee omnibus populis. LXX: Eritis mihi λαὸς περιεσίον. Sic Deut. VII, 6. c. XIV, 2. Et Pl. CXXXV, 4. Elegit sibi Iacobum Dominus, Israellem הַגְּלוּל in peculium suum. LXX: εἰς περιεσιασμόν αὐτῶ. Ut igitur olim Deus Israellem ex omnibus gentibus selegit, quem amaret, & cui beneficeret: ita nunc in N. T. fideles sunt illud γένος ἐκλεκτῶν, βασιλείου ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίητιν &c. 1 Petr. II, 9.*

(s) εἰς τὸ μὴ ἐκ φανομένων τὰ βλέπομενα γεγονέναι Hebr. XI, 3. Respicere Apostolum LXX Gen. I, 2. vbi וְהָאָרֶץ אֲדָמָה, cenfer Isaacus Vossius de LXX Interpr. c. XI, p. 31.

(t) ὁ εὐρῶν τὴν ψυχὴν αὐτῆ ἀπολέσει αὐτήν. Καὶ ὁ ἀπολέσει τὴν ψυχὴν αὐτῆ ἐνεκεν ἐμοῦ εὐρήσει αὐτήν Matt. X, 39. Er. Schmidius in notis ad h. l. qui inuenerit, i. e. qui pro praeda sese reportaturum estimauerit. Haec verbi h. l. signi-

gnificationem confirmant ei LXX, qui vocem  $\text{לשׁו}$ , i.e. *præda*, nonnunquam vertunt  $\text{שׁוּמָא}$ . E. g. Ier. XXXVIII, 2. *qui exibat ad Chaldaeos viuet, & erit anima ipsius לשׁו in prædam, LXX: eis שׁוּמָא.* Sic c. XXXIX, 18. *Ego te certe liberabo, & gladio non cades, & erit tibi anima tua לשׁו in prædam. LXX: eis שׁוּמָא.* c. XLV, 5. *dedi tibi animam tuam לשׁו, in prædam. LXX: eis שׁוּמָא.* Igitur *habere שׁוּמָא* eis  $\text{שׁוּמָא}$ , τοῖς LXX significat animam *q. prædam habere & seruare*; & ad hæc loca aperte respexisse Euangelista videtur Keuchenio in annotatis in h.l.

IV. Porro lectionis τῶν LXX vsus in eo consistit, quod voces in N. T. sæpius non illustrentur tantum, emphasesque earum clarius enucleentur, sed propriæ etiam dubiarum significationes demonstrantur.

EXEMPLA:

(a) Quid verbum ἀπέχω Phil. IV, 18. denotet, Interpretes disquirunt. Nonnulli interpretantur: *accepi*, sc. quæ per Epaphroditum misistis; coll. Philem. v. 15. Alii vero, vt Schmidius, *Abstineo autem ab omnibus & abundo &c.* de Apostoli ἀναγκασία id intellectum volunt, qui licet nihil profè accepisset, accepisse tamen se omnia diceret. Priori tamen sensu verbum occurrit apud LXX Gen. XLIII, 23.

(b) 2 Tim. I, 6. Apostolus Timotheum iubet ἀναζωπυρεῖν τὸ χάρισμα. Haud parum hic iuuabit collatio τῶν LXX Gen. XLV, 27. vbi spiritus Iacobi, læto de filii Iosephi felicitate nuncio accepto, *reuiuissè* dicitur. LXX: ἀνεζωπυρεσεν, q. d. *ignem vitæ semiextinctum exsuscitauit.* Ita Apostolus Timotheum donum Dei ἀναζωπυρεῖν exsuscitare iubet, vt ne sub cineribus temptationum, peccatorum & somnolentiæ extinguatur, sed precibus adfidiis, vigilantia, meditatione ver-

bi diuini alatur foueaturque, sicuti in templo ignis caelitus delapsus. conf. etiam LXX 2 Reg. VIII, 1. vbi idem verbum de puero ab Elifaeo ex morte resuscitato legitur. Quidquid enim in homine bonum, celeriter peccatis extingui posse, pagani etiam agnouere. Cicero Tuscul. 3. *Natura, inquit, nobis dedit paruos igniculos, quos celeriter malis moribus opinionibusque sic extinguimus, ut nusquam naturae lumen adpareat.*

(c) Emphasis vocabuli τῶνδ; Matth. VII, 13, optime perspicitur ex LXX Num. XXII, 26. vbi de eiusmodi angusta via vsurpatur, in qua neque ad dextram, neque ad sinistram deflectere licet.

(d) Verba ἀκούσθε, ἡ καρτὶς ὑμῶν 1 Cor. XVI, 13, in sua emphasi vid. apud LXX Ios. 1, 6. 7. 2 Sam. X, 12.

(e) κῆσεν inter alia significare intelligere, confirmat oi LXX 2 Reg. XVIII, 26. Hoc obseruato, ἐκείνη φάσις Aet. IX, 7, coll. c. XXII, 9, facile tollitur. Quando enim priori loco comites Pauli vocem auduisse dicuntur, sensus est; ipso: sonum quendam auribus quidem percepisse, vel. ut alii volunt, tonitru, cum hac visione coniunctum, quod ἤρπ s. φωνὴ interdum denotat; ast ipsam vocem distincte haud intellexisse. Hoc sensu etiam occurrit Cor. XI V, 2. & apud LXX Gen. XI, 7. c. XLII, 23.

(f) ἔξῆς Marc. III, 21, quid significet inquiritur. Simplicissimus sensus hic esse videtur: quum audiissent oi τῶνδ; αὐτῶν, qui ab ipso erant s. pendebant, vel cum ipso faciebant (conf. Marc. IV, 12. c. V, 26. Ioh. VI, 46. Rom. XI, 27. & 1 Macc. XIII, 52. c. XVI, 16.) quod populus tumultuose concurreret, v. 20. exierunt ad tenendam αὐτῶν eum, non Christum, nam ipse intra aedes erat v. 20. sed ὄχλον, ibid. ut sc. turbam furentem compefcerent, ne in aedes irrumperent: *dicebant enim, insanit, vel mente motus est populus, das Volk stellet sich nicht anders, als wäre es toll und rasend, Qui vero cum Luthero de Christo intelligere malunt, interpretantur hoc modo: eos, qui apud Christum, veritos fuisse, ne Seruator in deliquium animi e pressuræ vexationis atque inedia*

inci-



incideret. *Lightsfootus* inter alios sic explicans, *Vox ἐξίστην* scribit *Hor.* Hebr. ac *Talm.* ad h. l. non semper insaniam aut alienationem a seipso proprio sensu significat, sed aliquando frequentissimeque turbationem aliquam intellectus, pro presenti, ex vehementi nimium aliqua passione. Sic dicunt amici Christi

רעורר רעורר, sui est oblitus & salutis suae; adeo vehemens ille & feruidus in munere suo fungendo & concionando, ut ultra se transportetur, & turbetur intellectus eius, ut nec de necessario cibo curet nec de somno. Huic interpretationi lucem adfundunt oi LXX, quando verbum hoc de operoso officio usurpant 2 Reg. IV, 13. ἰδὲ ἐξέστησας ἡμῶν πᾶσαν τὴν ἕκτασιν ταύτην. Qui vero insanienti notionem seruant, & vel excusandi gratia, vel terro, discipulis ad turbam id dixisse putant, inde colligunt, ita semper mundo videri insanire, qui magno Zelo Deo feruiunt. Vid. *Mais* Harm. p. 392. & conf. 2 Cor. V, 13. 2 Reg. IX, 11. (g)

πειράζειν, quando de Pharisæis & Scribis dicitur, pene est malitiose & subdole, non explorandi aut probandi animo, sed in damnum aliquod precipitandi studio ac sine, captiosis verbis, aut iniquis postulatis aut blasphemis suggestionibus aliquem adgredi; verba sunt *Er. Schmidii* in not. ad *Matth.* IV. Ast *Matth* XXII, 35. benignius verbum hoc interpretandum videtur, coll. *Marc.* XII, 28. Audiuerat quippe iste Νομικός, Christum respondisse optime Pharisæis ac Sadducæis; hinc haud maleuolo ex animo sapientiam Christi, proposita noua quaestione, indagare amplius voluit. Vnde *Grotius*: Non est hic, inquit, sumendum verbum in calumnie significationem, sed quomodo Regina *Sabæ* dicitur venisse πειράσαι *Salomonem* 1 Reg. X, 1. conf. etiam LXX *Gen.* XXII, 1.

μεθύσασιν *Ioh.* II, 10. haud quaquam patrocinator iis, qui ebrietatem excusaturi hunc locum obiciunt. Non enim semper ebrietatem significare, sed potum tantum liberalem s. sufficientem, docent LXX *Cent.* V, 1. *Hagg.* I, 6. Similem in modum ἐνεπλήθησαν *Ioh.* VI, 12. nihil aliud vult, quam homi-

homines saturatos esse, ceu in reliquis Euangelistis per verbum χορτασθῆνας explicatur. Quod sensu vid. apud LXX Ruth. II, 14. ad quem locum ita *Seb. Schmidius*: Satiari in Scriptura a tibi idem est ac tantum edere, quantum naturae satis est, non autem ventrem distendere. Sic inebriari est tantum bibere, quantum naturae ad recreationem sobriam sufficit. conf. Col. II, 23.

(i) θάνατος Apoc. VI, 8. est pestis. Ita LXX כרר pestem vertunt per θάνατος. Exod. IX, 3. Leu. XXVI, 25.

(k) Νεανίσκοι Marc. XIV, 51. sunt milites Romani. Die junge Mannschafft. Ita LXX Ιοφ. II, 1. Ef. XIII, 18 &c. Conf. 1 Ioh. II, 13. 14.

(l) ηγάπησε, amavit, s. blandis verbis adlocutus est Marc. X, 21. Sic eq. in LXX 2 Par. XVIII, 2. Pf. LXXXVIII, 36.

(m) Διόνιον Philemon v. 15. nonnullis est: per totam vitam, s. ad dies vitae; vt apud Horatium: *Seruiet aeternum, qui paruo nesciet vi.* Sic vox αἰών apud LXX Exod. XXI, 6. (ad quem locum respici putant) occurrit: ועברו לעולם, & seruiet illi in perpetuum. LXX: εἰς τὸν αἰῶνα. conf. 1 Sam. I, 22. Al. vero: q. d. vt pro seruo temporario reciperes coheredem tibi futurum tota aeternitate in caelis. (n)

δεικνύειν Matth. XVI, 21. est ita diserte, clare & aperte demonstrare, vt quasi singula oculis sint obiecta. Sic LXX Gen. XLI, 25. 2 Sam. XV, 25. 2 Reg. VIII, 13.

(o) Εὐλογημένη Luc. I, 28. *Obseruetur*, inquit, *Chemnitius* Harmon. Grammatica differentia. Quando enim significatur LAUDABILIS, LAVDABILIS, plerumque vsurpatur εὐλογητός. Aliud vero est Pf. CXV, 15. Ef. LXV, 23. Et quod proprie huc conuenit Ruth. III, 10. In illis locis Graeci reddiderunt per participium, εὐλογημένη. Et Gen. XIV, 19. 20. in eadem periodo differentia ostenditur: εὐλογημένη Abraham Deo, & εὐλογητός Deus Altissimus. Sensus igitur est: vel quod Maria pra omnibus mulieribus sit laudata vel laudabilis, vel quod pra omnibus mulieribus illustri benedictione a Deo sit ornata, vt scilicet fieret mater Filii Dei Messiae.

(p) Verbum ταράσ-

ταράσσεται apud LXX vsurpatur pro כָּהַר, subito terro-  
 re percussus fuit Pl. VI, 3. pro שָׁעָה, concussus, collisus fuit,  
 sicut terra tremore solet concuti 2 Sam. XXII, 8. pro הָרַע,  
 turbatus fuit tristitia Gen. XL, 6. pro חָרַח, parturientis  
 instar contremuit ac doluit Esth. IV, 4. pro רָרַר, ita commo-  
 tus fuit terrore & metu, ut ex signis exterioribus illud colligi  
 possit Gen. XLII, 28. pro פָּרַע, consternatus ac animo fractus  
 fuit Ef. VIII, 12. pro נִפְעַע, timore percussus stupuit Gen.  
 XLI, 8. Pl. LXXXVI, 5. &c. Hæ significaciones omnes, vt  
 recte iudicat *Gerhardus Harm.* accommodari non tantum  
 possunt, sed lucem etiam præbent loco Ioh. XII, 27. quando  
 Christus dicit: ἡ ψυχή μου ταρασσεται. Sensus enim est,  
 quod Christus subito timore, angore & tristitia percussus,  
 atque animo ita fuerit consternatus ac perturbatus, vt verbis  
 & signis etiam externis illud ostenderet. (q) Verbum  
 εὐθετέον apud LXX sæpius occurrit. Et quidem Ex. XXI, 8. Iud.  
 IX, 23. vsurpatur pro בָּגַד, quod significat præuaricationem  
 cum iniuria & contumelia alicuius coniunctam; pro נָחַן I  
 Sam. II, 17, quod talem contemptum designat, qui irritat & pro-  
 uocat indignationem, & pro פָּשַׁע I Reg. VIII, 50. II Reg. I, 1.  
 quod notat defectionem seu rebellionem, qualis seditionis tri-  
 buitur. Hinc in N. T. huic verbo lucis aliquid accedit. e.  
 g. Luc. VII, 30. τὴν βέλῃν τῶ θεῷ ἠθέτησαν, vbi non simplicem  
 contemptum & reiectionem significat, sed talem, quæ ad iniu-  
 riam & contumeliam Dei pertinet, ita vt iustam indignatio-  
 nem prouocet. (r) Matth. VIII, 25. Domine, σώ-  
 σον ἡμᾶς. Discipuli his verbis non tantum Dominum ro-  
 gant, vt se seruet, verum etiam vt e præsentissimo mortis  
 periculo eripiat. Ita τὸ σώζειν occurrit apud LXX, e. g. Pl.  
 VII, 1. vbi verba: וְאִין סָצִיל, nemine eripiente, vertunt:  
 μὴ δὲ σώζοντ. (s) Hic est Filius meus ὁ ἀγαπη-  
 τός, Matth. III, 17. c. XVII, 5. 2 Petr. I, 17. Vim vocis τῷ ἀ-  
 γαπη-

γαπῶν hic optime obseruat Dn. Prof. Langius in comment. in epist. Petr. quando p. 639. sic scribit: *Addita voce ἀγαπῶντος, eaque cum articulo posita, ὁ ἀγαπῶντος, hunc Filium essentialē a filiis ex gratis adoptatis distinguit - Et quia filii vnigeniti a parentibus suis vnice solent diligī, vixote soli, qui diligī possint, atque ita esse καὶ ἐξολῶν ἀγαπῶντοι; hinc factum, ut ἀγαπῶντος apud Græcos interdum idem esset quod υἱογενής. Idem obseruamus in LXX interpretibus, qui Gen. XXII, 2, 12 16. τὸ ὕψι, vnicus, vnigenitus, quod de Isaaco, vnico Abrahami filio, dicitur, reddiderunt per vocem ἀγαπῶντος, quæ loquendi ratio ipsis etiam alias vsitata est, vid. Prou. IV, 3. Zach. XII, 10. (1) Σωβίβειν Marc. XIV, 3. non significat comminuere in minutas partes, sed frasco foramine aperire, s. vt Grotii verbis loquar, efficere, vt late haret. quomodo συντετριμμένοι & λίκαι LXX Heb. באר נשבר Ier. II, 13. (2) Matth. XIX, 22. dicitur diues ille iuuenis a Christo abiisse λοιπῶν, & tristitia adfectus, sine dubio cum quadam animi commotione ac indignatione coniunctas; sicuti οἱ LXX τοῖς λοιπῶν nonnunquam vsurpant: e. g. Gen. IV, 5 לקין ויחר, & efferbui Caino, sc. ira LXX: ἐξέλοπῆθη καὶ, & tristitia: cum indignatione ac ira coniuncta, adfectus est. Ion. IV 4 הן חרה חרה, num bene ira exarsit tibi? LXX: εἰ σὸδρα λελυπησαι σύ; sic v. 9. (3) Gen. VI, 6. ויחנני, & pœnituit Deum. οἱ LXX: ἐνεθυμήθη, cogitauit, animo versauit. Is enim, quem facti pœnitet, sæpe illud versat ac reuersat. Sic Matth. I, 20. ταῦτα ἐνθυμηθέντες, Quum hæc (Ioseph pœnitudine sine dubio motus, quod duxisset Mariam) in animo secum agitaret; etsi hac ipsa obseruatione propriam & famosam verbi significationem minima subiatam volumus. (4) Verbum ἐρωτῶν Ioh. XVI, 5. non de simplici interrogatione intelligendum esse, inde patet, quod Petrus c. XIII, 36. disertis verbis quæsiuerat: πῶς ὑπάγεις; Idem igitur b. l. est, quod penitius & intimius, se-*

6118

cundum omnes circumstantias scrutari, percontari, expendere, quo consilio & causa, quo fine, quo fructu, qua utilitate abeat? Ita LXX hoc verbo  $\text{קָרַח}$  vtuntur Deut. XIII, 14. (15) (z) Ioh. 15. *Et tenebra illam* (Lucem Christum Iesum)  $\epsilon\ \kappa\alpha\tau\alpha\lambda\alpha\beta\epsilon\iota$ , non comprehenderunt. Vim verbi  $\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\alpha\beta\epsilon\iota$  bene adue. tit D. Maius Harm. Euang. ad h. l. *Tenebra*, inquit, *iste & tenebriones miserimi lucem istam substantialem Iesum Christum non comprehenderunt, nec admittere intra se voluerunt ita, vt quasi adglutinari adhaesissent illi, vt vnus cum ipso facti fuissent Spiritus* 1 Cor. VI, 17. & c. Sic LXX Gen. XIX, 29. Hebr.  $\text{הִרְבַּקְנִי}$  *adhaerescat, adglutinetur* q. s. *mibi, veniunt*:  $\kappa\alpha\tau\alpha\lambda\alpha\beta\epsilon\iota$ . (aa) Gen. XXIV, 21.  $\text{וְהָיָה אִישׁוֹ מִשְׁתָּחָה לָּהּ}$ , *Et vir* (seruus Abrahami Eliezer) *obstupuit ob eam*, np, Rebeccam. LXX: *Homo vero*  $\kappa\alpha\tau\epsilon\mu\acute{\alpha}\theta\epsilon\iota\varsigma\ \delta\omicron\tau\eta\nu$ , *considerabat illam cum stupore*. cap. XXXIV, 1. dicitur Dina exiisse  $\text{לִרְאוֹתָהּ}$ , *ad videndum*, cum animi quadam oblectatione, *filias terrae*. LXX:  $\kappa\alpha\tau\alpha\mu\acute{\alpha}\theta\epsilon\iota\varsigma$ . Hinc vim vocis intelligimus, quando Seruator Matth. VI, 28. ait:  $\kappa\alpha\tau\alpha\mu\acute{\alpha}\theta\epsilon\iota\varsigma\ \tau\alpha\ \lambda\iota\lambda\iota\alpha\ \tau\omicron\varsigma\ \alpha\gamma\epsilon\iota\varsigma$ , q. d. *non otiose & obiter contemplantini, sed probe attendite*, cum sancto stupore ac oblectatione, *lilia agri, quomodo crescunt*, & diuinam hinc providentiam, admiramini. (bb) Matth. III, 11.  $\text{Αὐτὸς ὁπῆρας βαπτίσει ἐν πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ}$ . Per baptismum spiritus & ignis nonnulli vnum eundemque baptismum intelligunt, nimirum: *ipse vos baptizabit spiritu & igne*, h. e. spiritu in ignis symbolo se manifestaturo, inflammaturo & illuminaturo corda Act. II, 3. Inde Cyrillus in h. l. *igne spirituali, consumente faeces nostras, & peccati sordes absumentem, nec permittente, vt mens inordinatis voluptatibus frigescat*. Conf. Ef. IV, 4. c. VI, 6. 7. Mal. III, 2. Alii vero per Spiritum S. & ignem res diuersas denotari putant: per Spiritum S. scilicet dona eius vbertim in fideles effundenda: per ignem autem flammam, quibus politia, immo tota terra Iudaica conflagratura esset, coll. Matth. III, 10. qui baptismus vero Iudæis

non nisi terrorem incutere poterat ; plane uti Ef. XXI, 4. dicitur *pavor* כעתתני , *consternauit me*, quod LXX vertunt: *βεπτιζες με*. (cc) Vocis κύριος quæ eminentissima significatio sit, optime nos edocent οι LXX, *summum ac essenziale Dei Nomen* יהוה ו. ארני per hoc vocabulum conuertentes. (\*) Hinc discas, quid sibi velit, quando in N. T. Christus frequentissime κύριος vocatur. Nimirum diuinam eius designari naturam, non finit nos hoc dubitare. Quod si enim propriam huius vocis significationem attendimus, *denotat absolutam illam potestatem & dominium diuinum in omnes creaturas*, ut proprie sit *εις κύριος* 1 Cor. VIII, 6. Eph. IV, 5. Vid. Leigh. Crit. S. N. T. p. m. 400. Hinc etiam inter homines summis tantum imperantibus olim titulum hunc datum fuisse legimus. Vid. Act. XXV, 26. (dd) Αντι. Beza in Ioh. I, 16. scribit, se tantum *duplicem* inuenire huius particulae *significationem* apud idoneos Græcæ linguæ scriptores, quarum prima propria est, quum ponitur pro *vice*, seu *leco*, ut Heb. XII, 16. *αντι βρωσεως*, i. e. ad verbum; *produlio*, agitur enim de permutatione; altera vero impropria est, cum sumitur pro *dià propter*, ita tamen, ut non significet *causam* finalem, sed quasi *originalem*, ut Luc. XIX, 44. &c. Et Grotius de satisfactione Christi, *quoties perfonis*, in-

(\*) Nomen κύριος scriptores sacri sumserunt ex *Versione LXX Interpretum*, qui tum alia Nomina Diuina, tum præprimis Nomen τετραγεγάµµα] יהוה soli Deo proprium propter carentiam adspirationum in lingua Græca per Nomen κύριος semper (excepto vno loco Proou. XXIX, 25. ubi est δεσπότης reddiderunt. Ita D. Olearius Exerc. Phil. in Phil. IV. p. 27. Obseruandum autem est, locum exceptum in hodierno codice Græco ex duplici versione, ut alibi passim, legi. Verba enim Hebræi textus hæc sunt: **חררת ארני**: **יתן מוקש וכושח ביהוה ישגב**. Trepidatio hominis dabit laqueum: qui autem confidit leboæ, exaltabitur. Versio Græca: Φοβηθέντες εχ αλκυσθέντες ανθρωπος υπεσχελιωθησαν, ο δε επι υποδως επι κυρω ευφρανθησεται. ασβεια ανδρι διδωσι σφαλμα, ος δε πιποιθεν επι τω δεσποτη σωθησεται. Vid. p. 16.

inquit, *adplicatur ea particula, significat alterum successisse in alterius locum.* Hunc proprium significatum stabiliunt *ōi* LXX, qui vel sexcenties hac præpositione ita videntur, ut exempla citare haud opus esse existimemus. Quæ observatio adfertionem Nostratum pulchre corroborat, quando dicunt particulam *ἀντι* in locis, ubi de Redemptione Christi agitur, denotare non tantum *commodum*, ut quidam volunt, sed *vice, loco alterius*, & habere sensum *permutatiuum*. Addit quidem Beza h. c. duabus supra ex ipso memoratis significationibus duas alias, quas sacris Scriptoribus putat esse peculiare; alteram scilicet, quum accipiat pro *ὄντι*, & declarare *commodum*, & sic ter reperiri Matth. XVII, 27. c. XX, 28. Marc. X, 45. alteram vero, cum designet *finem*, atque bis sic inueniri: Cor. XI, 17. Hebr. XII, 2. Enimvero licet posteriorem significationem forte largiri ipsi possimus (necessitatem quidem recedendi in locis istis duobus a propria significatione *τῷ ἀντι* haud perspicientes) priorem tamen eadem, immo maiori facilitate reuicimus, quam qua adfertitur; rationes videbis supra allegatas. At, inquires, locus Matth. XVII, 27. videtur haud commode admittere sensum permutatiuum. Respond. Nil obstat, quo minus & h. l. proprius *τῷ ἀντι* significatus obtineat. Nam *didrachma*, a Christo exacta, siue fuerint Siculi sacer, qui soluendus erat omni masculo, data sunt *in redemptionem vitæ*; LXX: *λύτρα τῆς ψυχῆς* Exod. XXX, 12. 13. siue fuerint *vestigal illud*, quod Cæsari soluendum erat, optime hic quadrabit sensus permutatiuus; idem enim est, quod nos hodie dicimus *Kopff-Geld*, quo homines se quasi redimere debent. Vnde Grotius h. l. ita vertit: i. e. *meam tuamque vicem*; subiiciens: *hoc enim Græcis est ἀντι, & Syris ܐܢܬܝܐ. Optime etiam sic vertemus τῷ ἀντι Ioh. 1. 16. χάρις ἀντι χάριτος, gratiam pro gratia, ut sensus sit: ex plenitudine Christi nos omnes omnia accepimus dona spiritualia ad nostram salutem, etiam gratiam Dei iustificam & saluificam pro gratia meriti eius, qua se dedit pro nobis in redemptionem Matth. XX,*

28. Rom. III. 24. Gal III. 13. vel: *pro gratia primæ uel creacionis seu primigeniæ iustitiæ*, quæ per lapsum deperdita est, accepimus *gratiam Euangelicam*, qua gratis iustificamur & saluamur, quod uult D. Maius Harm. h. l. Vel: *pro gratia V. T. de qua Dauid tantopere gloriabatur* Pf. CXLVII. 19. 20. *gratiam N. T.* quæ omni nationi & populo oblata est: *pro gratia legis*, quæ præterit, *gratiam Euangelii permanentem*, quæ sententia nonnullorum Patrum est. Vel denique: *gratiam hoc gratiæ*, ut gratiæ gratiæ quasi succenturietur, & iugiter succedat, subinde noua; quod opinatur Gatakerus aduers. miscell. cap. 27 f. 292. seq. Vid. quæ hac de particula ἀντὶ congregauimus Diss. de *Vsu Libror. Apocr. V. T. in N. T.* p. 18. seq.

V. Præterea lectio τῶν LXX, ac eorundem cum N. T. collatio, typum sæpius, antitypumque exhibet clariorem.

EXEMPLA:

Gen. I, 2. dicitur Spiritus Dei רוח קדש super aquis, LXX: *ἐν τῷ Πνεύματι*. Act. II, 2 ubi de miraculosa Spiritus S. effusione agitur, sic legimus: *Et exiit subito de celo sonus, sicuti φεγομένως πνοῆς βίας*. Gerbrand van Leewen ad h. l. p. m. 258. *Bey der Schöpfung schwebte der heilige Geist auf den Wassern*, Gen. I, 2. Die 7<sup>te</sup>. haben daselbst dasselbe Wort, und der Geist des Messie solte itzo in dieser Wiedererschaffung alles, wie damals, wieder hervor bringen und vollenden. Ita vocabulum ἀνάπνοιας Gen. VIII, 9. lectorem statim remittit ad Matth. XI, 29. *ὁσμή ἐνωδίας* Heb. רוח הנהמה Gen. VIII, 21. Leu. I, 17. ad Eph. V, 2 *ἐξελθῶς* Gen. XII, 1. c. XIX, 14. 15. ad 2 Cor. VI, 17. *ὁ ἀγαπῆτος* Gen. XXII, 2. ad Matth. III, 17. *τὸ σφάξαι* ad mactandum filium suū, Gen. XXII, 10. ad Act. VIII, 32. Apoc. V, 6. 9. c. XIII, 8. ubi Christus dicitur *Agnus ἐὼς φεγομένως* iam inde a iactis fundamentis mundi; nimirum ratione α) sponsonis & designationis I Petr. I, 19. 20. β) eterni valoris Hebr. XIII, 18. γ) prædicationis Gen. III, 15. δ) fidei & fiducia



cia *prifcorum* Act. XV, 11. s) *præfiguratio* Hebr. IX, 9. 12. & denique s) *ratione sanctorum* f. membrorum Christi, per omnes mundi ætates mactatorum Matth. XXIII, 25. Pl. XLIV, 23 Rom. VIII, 36. Sunt quidem, qui ita distinguere malunt, ut post εὐφραγμένους ponatur comma, h. m. quorum nomina ab orbe condito non sunt scripta in vita libro agni mactati. Sic non tantum Socinus, sed *Gerakerus* etiam in aduers. miscell. c. 17. f. 160. seqq. & *Saubertus* in opp. posth. p. 29. quamuis non sensu Sociniano, coll. Apoc. XVII, 8. ἐφείσω Gen. XXII, 12. ad Rom. VIII, 32. καθίστατε αὐτῶν Gen. XXII, 5. ad Mat. XXVI, 36. ἀπέδοντο Gen. XXXVII, 28. ad Act. II, 23. μακάριος I Reg. X, 8 ad Luc. X, 23. διασείφων I Reg. XVIII, 17. ad Luc. XXIII, 2. καταμαρτυροῦσά τῶν I Reg. XXI, 10. ad Mat. XXVI, 62. ζωνὴν δεσμάσιν περιζωσμένον 2 Reg. I, 8 ad Mat. III, 4. ἀνελήφθη 2 Reg. II, 11. ad Luc. XXIV, 51. Act. I, 11. Φωτῆρες Gen. I, 14. ad Phil. II, 15. ἐνεφύσησεν Gen. II, 7 ad Ioh. XX, 22. λίθος ἦν μέγας ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ Φερατῆ Gen. XXIX, 2. & v. 3. ἀπεκύλιον τὸν λίθον. sic v. 10. ad Marc. XVI, 4. Vid. *Bierman* Moses & Christus pag. 63. Genes XLVII, 2. Ioseph partem fratrum suorum παρέλαβε sumsit, ἡ ἔστησε ἔστησε status coram Pharaone. Io. XIV, 3. inquit Christus: Eisi abiero & parauero vobis locum, iterum venio ἡ παραλήψομαι ἔσθω adsumam vos ad me ipsum. Ad quæ verba *Gerhardus* sic scribit: sicuti Ioseph fratres suos ad se παρέλαβεν sumsit, eosdemque Regi stetit; sic cælestis Ioseph Christus Iesus in die iudicii fratres suos ad se adsumens cælesti suo Patri eosdem sistet. Mat. II, 16. Herodes ἐθυμώθη λίαν. LXX Esth. III, 5. c. V, 9. de excandescencia Hamanis eadem vtuntur phrasi: ἄραν ἐθυμώθη σφόδρα Erat autem Haman iste, (verba sunt Petri *Keuchenii* in annot. in quatuor Euangelistis p. 13) populi Dei inimicus acerrimus, quemadmodum & hic Herodes. Iste non nisi minas cademque spirabat, & populi innoxii, imprimis vero *Mordechai*, sanguinem sistebat; nec aliter Herodes hic *Iudæo-*

rum & præcipue Christi regis eorum, sanguine se pascere gestiebat. Iste non solius Mordechai cade contentus erat, sed integrum populum exscindere studebat. Ita etiam Herodes non modo natum Messiam, sed & alios bene multos infantes occidere animo parabat. Iste Mordechæo adeo infestus erat, quod eum solum dignitati suæ propemodum regie obstare, sibi que subiici nolle censeret, Eth. III, 1. 2. 3. 4. c. V, 15. Pariter quoque Herodes Christum non alia de causâ neci dare optabat, nisi quod regie eius maiestati hunc obfuturum, & se throno deturbaturum timeret Matth. II, 1. 2. 3. 4.

VI. Quum insuper in N. T. peculiare loquendi formulæ occurrant, quarum sensus non semper tam commode ex indole Græcæ, quam Hebraicæ linguæ peti potest, hic quoque iuuabit conferre LXX Interpretum versionem.

EXEMPLA:

(a) βίβλος γενέσεως Matth. I, 1. pro breui scripto s. catalogo Genealogie. Ita enim LXX Gen. V, 1. Alii quidem in latiori significato illud accipiunt, ut vox γενέσεως non tantum significet natiuitatem, sed etiam omnia connexa, actiones ac eventus, hoc sensu: Liber non tantum natiuitatis aut Genealogie Christi, sed historie quoque de eius natiuitate, morte omnibusque euentibus: eumque significatum æque probari posse putant ex Græca versione Gen. II, 4. quod nos tamen in medio relinquimus.

(b) τὴν ἀρχὴν Ioh. VIII, 25. quid proprie significet, quæstio est. Lightfootus Hor. Hebr. ac Talmud. h. l. formulas, in scholis Iudæorum tritissimas, אִשָּׁר & סִימָן, Principium & Finem, hic confert. Illam, quando rem primario ac præcipue aduertendam indicabant; hanc vero in re secundaria ac minus principali usurpabant. Sensus igitur secundum Lightfootum hic est: Quæritis, quis ego sim? respondeo, אִשָּׁר, seu principium illud est ac præcipue inquirendum, quod ego & loquor vobis, nempe quod Lux sim mun-

mundi, Filius Dei, Messias &c. Verum quid operer, quid doceam & qua auctoritate, *secundarie* ista sunt *inquisitionis*; *primarie* est illud: Quis sim. Quæ licet cum sensu verborum non pugnent, tamen simplicissime & rectissime phrasin *adverbialiter* accipitur, quod nec ipse *Lightfootus* l. c. reiicit; & hoc quidem sensu: Vos me interrogatis, quis sim? quasi nusquam ante hac a me edocti essetis; id omnino sum, *quod initio etiam dixi* me esse, atque id adhuc dico, inque hac affirmatione persisto. me sc. esse *Lucem mundi*, v. 12. *Messiam* &c. Vid. c. VII, 16, seqq. Hunc phrasios sentum corroborant oī LXX, qui Gen XIII, 4. בְּרֵאשִׁית, & cap. XLI, 21. c. XLIII, 18. 20. Dan. VIII, 1. בְּרֵאשִׁית, prius, ab initio, vertunt τῆ ἀρχῆν, etiam, quod obiter notamus, profani Scriptores. Vid. *Strobergii* Exercit. Gr. Ling. p. 259. Articulus enim ex nomine aliquid facit adverbium; sic τὴν ταχίστην *celerrime* 1 Mac. XI, 22. Nec minus nobiscum sentit *Verſio Neo-Græca*: ἐκείν ὁ ἐμῶν, ὁ πᾶς λαὸς ἀπὸ τῆν ἀρχῆν. Vide etiam omnino *Glassii* Phil. S. libr. III. Tr. V. can. XVII. p. m. 980. seq. (c) ὑπάγειν, vel πορεύσθαι pro *morī* Matth. XXVI, 24. Luc. XXII, 22. coll. LXX Gen. XV, 15. c. XXV, 32. 1 Reg. II, 2. Ecclel. XII, 5. (d) Matth. X, 27. ἢ ὃ εἰς τὸ ἄς ἀκούετε, κηρύξατε ἐπὶ τῶν δαμάτων. *Er. Schmidius*: *Quod in aurem clam dictum auditis, prædicate super sedis domorum.* Ita Neo-Græca *verſio*: ἢ τῶτο ὅπῃ ἀκούετε κρυφαῖ εἰς τὸ ἄστυ &c. *Et hoc quod auditis clam in aurem* &c. Sic oī LXX Bx. XI, 2. verba: דַּבַּר נָח כְּאָזְנֵי הָעָם, loquere *quæſo* in aures *populi*, sic vertunt: λάλησον ἐν κρυφῷ εἰς τὰ ὄτα τῶ λαὸς, loquere *igitur* in occulto in aures *populi*. Ad illustrationem loci Mar. X, 27. facere putamus, si obseruetur, phrasin τὸ εἰς τὸ ἄς ἀκούειν respicere morem, quem Iudæi habebant in suis Synagogis. Ille enim, qui prælegebat auditoribus, non clara voce effatus est, sed tenui susurro in aurem cuiusdam musitabat, qui deinde sonora voce toti id populo enuntiabat. Vid. *Lightfoot* Hor. Hebr. ac Talmud. ad Mat. IV, 23. Huc refert *Er. Schmidius* Act. XI, 22. ἡκούθη δὲ ὁ λόγος εἰς τὰ ὄτα τῆς ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἱερουσόλυμοις περὶ αὐτῶν. *Auditus est autem hic rumor de illis arcana auditione Ecclesie, que erat Hierosolymis.* Ad quem locum in notis, *Non est, inquit, κλεισιμὸς τὸ: εἰς τὰ ὄτα, ut censet Camerarius: non etiam eo modo*

F

ἴμ.

ἐμπαρῶς ἐστὶ, ὡς ἰνδubitatam auditionem innuat, sicut in illo Virgii  
 l. 4. Aen. Vocemque his auribus hausit, ut idem existimat, sed est pe-  
 culiaris quaedam significatio arcana & secreta auditionis, sicut Mat.  
 X. 27. & Luc. XII. 3. ὁ πρὸς τὸ ὅς ἐλάλησάτε ἐν τοῖς ταμείοις, κηρυχθή-  
 σεται ἐπὶ τῶν δωματίων: ubi ubi obique manifesta est significatio arca-  
 nae auditionis. Sic ergo & hoc loco: κηρυχθήσονται τὰ ὄρα τῆς ἐκκλησίας,  
 Clam & secreto quasi in aures Ecclesiae peruenit auditio de illis re-  
 bus, quod nempe magnus numerus credentium additus esset reliquis  
 conuersis ad Dominum Antiocheae. Neque enim ea tempestate da-  
 batur Ierosolymis liberum religionis Christianae exercitium, sed  
 quodammodo clancularium ad tempus erat propter mortem Step-  
 hani, ex qua afflictionem sentiebant, & aliqui propterea in externa lo-  
 ca dispersi erant, ut est c. VIII. 1. Adde quod persecutio Saulina Ie-  
 rosolyma etiam terrorem incusserat multis, immo & quosdam in ex-  
 terna loca dispererat Act. VIII. 14. tamen si postea aliquantisper Ec-  
 clesiae in Iudaea, Galilea & Samaria pacem habuerunt Act. IX. 31.  
 Illi ergo, qui dispersi fuerant, arcana ratione haec Ecclesiae Ierosoly-  
 mitanae per litteras & nuntios significabant: Haec Er. Schmidius.  
 Quae vero interpretatio quantum hic fundamenti habeat, penes  
 lectorem esto iudicium. Neque enim censendum est, τὸ λεγὸν  
 כְּנִיחַ, s. εἰς τὰ ὄρα, vnicum tantum admittere sensum, arcanae  
 nimirum & secretae auditionis: cui varius huius phraeseos, qui in  
 sacris litteris reperitur, vsus contradicit. Vid. Deut. V. 1. Iud.  
 XVII. 2. &c. (e) θανατάζω πρόσωπον, personam accipere, Iudae  
 v. 16. Sic LXX Gen. XIX. 21. 2 Reg. V. 1. 2 Par. XIX. 7. (f)  
 Inuenimus virum hunc λοιμὸν, pestem ciuitatis Act. XXIV. 5. i. e.  
 hominem perditum, nefarium & perniciosissimum, qui ceteros  
 tanquam contagione quadam inficit, corrumpit ac perdit. c. LXX  
 homines בליתל, h. e. qui nullius frugi, nec ulli profunt, nequam,  
 filii diaboli. veniunt: λοιμοί. Vid. 1 Sam. I. 16. c. II. 12. 1 Sam. XXV.  
 17. ii. ורשעים, impii Ez. VII. 21. (g) δεδμαλωμένον ἢ ἐ-  
 νέον Luc. XVIII. 14. i. e. publicanus iustificatus, non vero ille  
 Pharisaeus, licet sibi imaginaretur, se multo publicano iustiorum.  
 Vid. LXX Gen. XXXVIII. 26. (h) ὄσσεσεν, descicere, seu  
 zardius v. nira, deesse H. br. IV. 1. coll. LXX Num. IX. 7. 13. ubi in  
 textu est, נגדע & חרל. (i) ἀψαδάμ, pro ledere 1 Ioh.  
 V. 18.

V, 18. coll. LXX 2 Sam. XIV, 10. <sup>(k)</sup> ἔστησαν, appende-  
 rant Matth. XXVI, 15. Vid. LXX 2 Sam. XIV, 26, 1 Reg. XX, 39.  
 Vereres enim non numerabant aēs, sed pendebant <sup>(l)</sup>  
 ἐν λόγῳ κολῶς 1 Theſſ. IV, 11. h. e. non vt verbum humanum, sed vt  
 verbum Domini. Sic LXX 1 Reg. XIII, 2. 18. 32. <sup>(m)</sup>  
 ὅτι, pro ὁσὶ interrog. Marc. IX, 11. 28. coll. LXX 1 Par. XVII, 6.  
<sup>(n)</sup> εἰπῶν pro loqui, sermonem habere Ioh. XVIII, 16. coll.  
 LXX 2 Par. I, 2. <sup>(o)</sup> εἰς τὰ ἴδια pro domo Ioh. XIX, 27.  
 coll. LXX Eſth. V, 10. <sup>(p)</sup> τοῖς εἰς μακρὰν Aēt. II, 39 per  
 quos nonnulli Iudæos, d' sperſos inter gentes, vel longe poſt futu-  
 ros & in multas generationes conuertendos; alii vero gentiles, a  
 poſtita & foedere Israelis tunc remotiſſimos, coll. Eph. II, 17. in el-  
 ligitur. Vid. LXX 2 Sam. VII, 19. & Ef. LVII, 19. <sup>(q)</sup> ἔσται ſ.  
 μὴ ἔσται interdum idem eſt, quod nunquam. ſ. interdum tantum fu-  
 turum reſpicit, non præteritum e. g. Aēt. XIII, 34. Chriſtus dici-  
 tur μὴ ἔσται, h. e. nunquam reuerſurus in corruptionem, nunquam e-  
 nim vidit corruptionem. Conf. ἔμῃ ἔσται Apoc. III, 12. Ita οἱ LXX  
 Ier. XXII, 11. <sup>(r)</sup> Ἰεὸς σοι κόγις propitiuſ tibi Deus eſto  
 Domine! Mat. XVI, 22 Locutio τοῖς LXX vſitata. Sic כּוּם לּוּם  
 Gen. XLIII, 23, לּוּ לּוּ לּוּ, abſit 2 Sam. XX, 20. 1 Par. XI, 19. <sup>(s)</sup>  
 Mat. X, 12, ἀσπάζεσθε αὐτῶν. Syr. שׂאן שׂלמָה רבּוּחָה, optate pacem  
 domus, ſ. vota concipite pro felicitate eius domus. Sic etiam verſio  
 Neo-Gr. vā τὸ χαῖρεσθατε (λέγοντες εἰρήνη εἰς τὸ σπῆτι] ἔστω.) ſalutare il-  
 lam (dicentes: pax d. mui huic.) Et hæc Iudæis vſitata erat ſalutandi  
 formula nimirum: לּוּם שׂלמָה. Et τὸ ἀσπάζεσθαι hic idem eſſe, quod  
 שׂאן לּוּם, rogare de pace, vel, optare pacem, clarum eſt, ſi conf.  
 Luc. X, 5. vbi verba ſic ſonant: In quam domum intraveritis, pri-  
 mo dicite: Pax ſit domui huic. Hoc ſenſu verbum hoc occurrit a-  
 pud LXX Ex. XVIII, 7. vbi legitur: Tum exiuit Moſes in occurſum  
 ſaceri ſui, & incuruauit ſe & oſculatus eſt eum, וַיִּשָּׂאוּ אוֹת לְרַעוּוּוּ  
 לּוּם, & rogarunt quiſque proximum ſuum de pace, & optarunt ſi-  
 bi inuicem pacem. LXX: καὶ ἠσπάζαντο ἀλλήλους. <sup>(t)</sup> Μετὰ τῆς  
 ἡμετέρας Marc. VIII, 31. vbi μετὰ idem ac intra, nec conſequens, ſed  
 interiectum & adhuc vigenſ tempus denotat: quod non tantum  
 docent locutiones, quæ in hac materia ceu ſynonymicæ adhiben-  
 tur: e. g. ἐν τῆσιν ἡμετέρας Ioh. II, 19. διὰ τῶν ἡμετέρων Matth. XXVI,  
 61.

61. τῆ τρίτῃ ἡμέρᾳ Luc. XXIV, 7. ἕως τῆς τρίτης ἡμέρας Matth. XXVII, 64. sed etiam confirmant LXX Interpretes, qui præpositione μετὰ ita vtuntur Deut. XIV, 28. coll. c. XXVI, 12. (u) ἰποίησαν, operati sunt Matth. XX, 12. coll. LXX Ruth. II, 19. Pro eligere, constituere Marc. III, 14. coll. LXX 1 Sam. XII, 6. 1 Reg. XII, 31. (x) Particula ὡς interdum veritatem & certitudinem denotat; sic enim οἱ LXX ea vtuntur. e.g. Neh. VII, 2. ἄνθρωποι ὡς ἀνὴρ ἀληθῆς, i. e. vere talis. prout etiam ד apud Hebræos ita accipitur, v. c. Num. XI, 1. מְבַרְכִים, h. e. plane quiritantes. Quæ illustrent verba Ioh. I, 14 ὡς μονογενῆς, h. e. vere talis. Quod etiam Theophylactus & Chrysostomus ad h. l. adnotarunt, particula ὡς, scribentes, ἐστὶ βεβαιώσεως καὶ ἀναμφισβήτηστος διορισμῶς, confirmatio- nis & indubitatae definitionis. Et Er. Schmidius in not. ad h. l. Particula ὡς hic non est similitudinis, sed indubitatae certitudinis, i- dem quod ἀτε, vel vtrpote notans: Vt sit sensus: Vidimus eius gloriam summam, vtrpote quam par est habere unigenitum a Patre. Ita sumenda quoque est hæc particula Apoc. V, 6. Vidi Agnum stantem ὡς ἐσφαγμένον, i. e. qui, postquam vere mactatus fuerat, re- uixerat, & occisionis suæ notas in ipso adhuc corpore suo præfe- rebat. (y) ἀπ' ἑμαυτῶν, i. e. priuato arbitrio ac ausu Ioh. V, 30. c. VII, 28. c. VIII, 28. sic LXX Num. XVI, 28. (z) πρὸ ἧμερῶν τῶ πάσχα Ioh. XII, 1 i. e. sex dies ante Pascha. Sic LXX Am. I, 1. πρὸ δύο ἐτῶν τῶ σεισμῶ, h. e. duos annos ante terræ motum, שנתי שנת לפני הרעע (aa) στόμα πρὸς ὄμα 2 Ioh. v. 12. 3 Ioh. v. 14. ad imitationem Hebræorum, qui, quam præsens præ- senti loquitur, eum פה על פה, ore ad os loqui dicunt. Vid. LXX Num. XII, 7. ὄμα κατὰ ὄμα. (bb) εἰς ἴελθ Luc. XVIII, 5. Nolui accedere, scribit Grotius, vertentibus, tandem. Est enim Hellenistica locutio ex Hebræo חָנַח, quod significat per petuo, vt Plin. 18 XIII, 1. LXXIX, 5. Cill. 9 in quibus locis etiam LXX ha- bent εἰς ἴελθ. (cc) Ioh. VI, 27 inquit Seruator: ἐργάζεσθε τὴν βρωσὴν τὴν μένουσαν &c. Quid quæro hic est, operari cibum? Resp. Operari cibum hic non est, vt cibum sic, neque parare eum, Chri- stus enim adquisiuit, parauit & dat; sed est operari circa cibum, vt nosser fiat. Neo. Gr. versio non male: μή διαλεύσειτε διὰ τὸ φαγεῖν ὅτι φθίσεσθε, ἀλλὰ διὰ τὸ φαγεῖν ὅτι μένετε εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, Ne seruite pro-

prop  
oi ta  
sam  
est f  
quæ  
salu  
ac sa  
fira  
stud  
fent  
ad o  
Gen  
LX  
ζωλο  
alias  
Verb  
eius.  
qui e  
uid m  
(e)  
pluiv  
Mat  
Y  
bian  
tur a  
ri da  
Deu  
ac m  
nati  
um  
bom  
foles  
pari  
magi  
III,  
Scri  
tud  
aa,

propter cibum qui perit, (Seyd nicht Bauch-Diener, ὧν ὁ θεὸς ἡ κοιλία, οἱ τὰ ἐπίγεια φρονεῖντες Phil. III, 19.) sed propter cibum qui manet in vitam eternam. Sic Phil. II, 12. ἵνα ἐργάζεσθαι τὴν ἰαυτῶν σωτηρίαν, non est salutem efficere, sed circa eam operari & laborare, siue ea tractare, quæ ad salutem faciunt. Iacobus Capellus in h. l. *Damus*, inquit, operam salutis nostræ. *studentes ex animo rebus, ad salutem pertinentibus, bonis ac salutaribus.* & ita quidem, ut in iis toti sumus & hæc sit velut ars nostra; quomodo dicuntur operantes iniquitatem iniquitatis operari, qui student rebus pravis & in iis toti sunt, artem hanc facitantes. Et hoc sensu phrasis occurrit apud LXX. E. g. Ex. XXXI, 4. כוּחַ כְּהֵנִי, ad operandum in auro, l. circa aurum. LXX: ἐργάζεσθαι ἰσχυροῦσιν. Conf. Gen. II, 5. Et homo non erat, הָאָדָם הָרִמָּה לְעֵבֶר, ad colendum terram. LXX: ἐργάζεσθαι αὐτήν. Vid. Apoc. XVIII, 17. ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται, quos quos circa mare occupantur. (dd) τὸ σπέρμα, quod alias nomen collectivum est, de vna persona, nempe Christo, usurpatur Gal. III, 16. Verba sunt: *Abramo dicta sunt promissiones, & τὸ σπέρματι αὐτῆς, & semini eius. Non dicit seminibus, quasi de multis, sed quasi de vno: & τὸ σπέρματι σὺ, qui est Christus.* Hoc sensu non raro legitur apud LXX. e. g. Gen. IV, 25. *Sufficitatio mihi*, inquit Eua, quum peperisset Sethum, *Deus σπέρμα aliud loco Habelis.* (ee) Iac. V, 17. μὴ βεβέξαι ἑ. τὸν θεόν. Sic enim loquitur Scriptura: *Deus pluit.* Vid. LXX Gen. II, 5. ἐβέβηξεν ὁ θεός. & c. XIX, 24. κύριος ἐβέβηξεν. Conf. Mat. V, 45. quamvis Scriptura etiam meta loquatur: ὑετός βρέχει, Apoc. XI, 6.

VII. Collatio denique τῶν LXX cum N. T. vocum rariorum du-  
biumque significatui non parum sæpe lucis adfundit.

EXEMPLA:

(a) *Εὐλογία pro beneficentia* 2 Cor. IX, 5. Ita LXX Gen. XXXII, 11. Dicitur autem Hebræis *beneficentia* בְּרַכָּה, *benedictio*, ut indicetur, ramus, quod alteri datur, non debere esse coactum aut inuitum, sed testimonium potius animi erga Deum grati, quod particeps factus sit benedictionis. (b) *Σωματα pro servis ac mancipiis* Apoc. XVIII, 13. Ita LXX Gen. XXXIV, 29 c. XXXVI, 6, cuius denominationis rationem hanc esse putat *Epiphanius* in Ancorato p. m. 493. quod dominium in corpora, non in animas habeatur. Quia tamen etiam ipse ibidem præmittit, *hominem, duobus constantem partibus, animo & corpore, ubi harum altera nuncupari solere, Suicero* in Thes. Eccl. part. II. f. 1214. probabilis est, *servos* ita vocatos a parte sequiori, quod deterioris illi conditionis censeantur; sicuti Hebræis familiare magis a parte altera, *anima* nimirum, adpellare hominem. (c) *πλησμονή* Col. III, 23. non est *immodica satietas*, qua corpus cibo ac potu oneratur, quæ omnino in Scriptura prohibetur; sed *sufficientia*, quantum satis est corpori, ne vires & valetudo ad præstanda sua officia ipsi desint. Sic LXX Ex XVI, 3. 8. Hagg. I, 6. Ier. XIV, 22.

(d) *Προσηγορία* Act. XXIV, 5. est *antesignanus*, metaphora ab exercitibus

duce, qui primus in acie stat, desumta. Ita *Hesychius*: *περὶ ὁσάτης ὁ πρῶτος πα-*  
*ρὰ τὸ νέσας τῆς παρὰ ἀξέως τῆς ἀγμέως*. Hunc sensum stabiliunt οἱ LXX *Iob. xv.*  
*24.* vbi de impio dicitur: *Perterrefaciunt ipsum angustia & compressio, obruit ipsum*  
*כמלך עתוד לכרר*, sicut *Rex paratus ad aciem*. LXX: *ὄσπερ σφραηγὸς πρῶ-*  
*τος ἄτης*. Vid. etiam 2 *Par. xxxiv. 21.* & *ef. Rom. xvi. 2.* (e) *Ἀνεπίσθεν*, euoluit,  
*explicit*, *Luc. iv. 17. 20.* Alludit enim ad formam librorum, quæ Iudeis vstrata erat,  
 cuius vestigia etiam adhuc in Synagogis ipsorum videntur, vbi liber legis duabus  
 rotulis utriusque extremitati annexis ita circumuoluitur, vt lecturis euoluendus &  
 explicandus sit. Conf. LXX 2 *Reg. xix. 14.* (f) *ἀνθαιμολογέτω* *Luc. II. 38.* *Er.*  
*Schmidius* in not. ad h. 1. ita *παρὰ ὄσας*: *Voce consentiente, cum ite sc. qua a Simone*  
*dicta fuerant, celebrabat Dominum, Verus, pergit, simpliciter: confitebatur Domino. Ve-*  
*rum, quod & ERASMVS notat, non est negligenda vis prepositionis ἀπὸ*. Et *Maius Harm.*  
*p. 146.* *Succinebat*, & succinendo seni anus quasi distribuit ac alternis choris responde-  
 bat. Vid. LXX *Esd. III. 2.* coll. v. 11. *Pf. LXXIX. 13.* (g) *Πάλη* *Eph. vi. 12.* haud leue  
 certamen indicare, non ipse tantum contextus docet, sed confirmat etiam collatio  
*ἰσὺς LXX*, qui verbum de maximo certamine Iacobæo vsurparunt *Gen. xxxii. 24. 25.*  
 (h) *Gen. xxxii. 25.* *ὑπὸ*, *Et auellit se, l. luxatum est acetabulum femoris Iacobi.*  
 LXX: *ἐν ἀρμησὶ, obtorpuit*. Sic v. 32. *Hinc ἐν ἀρμησὶ sunt membra torpida, nullius usus.*  
 Conf. 2 *Cor. XI. 8.* *Etiā presens apud vos ὄσ deficiam patiens, & καὶ ἐν ἀρμησὶ, non*  
*obtorpui* contra quenquam s. cum incommodo cuiusquam instar membri luxati,  
 quod nulli vsui est, sed potius molestum ac graue. Vid. c. xii. 13. (i) *λικμησες*  
*Marth. xxi. 44.* *dissepabit*, seu ventilabit vt minutas partes, quæ in auras disperguntur,  
 siue vt palea a frumento separata vento dissepatur. Ita LXX *Ec. xli. 16.* coll. v. 15. &  
*Ruth. III. 2.* (k) *Μογιλῶν* *Marc. vii. 32.* plerique balbutientem, seu difficulter  
 loquentem conuertunt, atque inde probant, quod restitutus dicitur locutus ὄσ ὄσ.  
 At rectius, inquit *Maius Harm. p. 901.* cum *Vulgato & Arabe* vertitur *MVTVS*, quia  
 hic quoq; explicatur per *ἀλάλον* v. 37. *futeturq; GROTIVS, LXX Hebræum* *מלח*  
*modo reddidisse μογιλῶν, modo ἀλάλον, unde sane colligi potest, eandem vocem i-*  
*dem declarare.* Vid. LXX *Ec. xxxv. 6.* *Pf. xxxviii. 13.* (l) *Βιάξαι* *Marth. xi.*  
*12.* a plerisque passivè accipitur, vt sensus sit: *regnum calorū vim patitur, impetu*  
*quasi perrumpitur.* Enimvero rectius ab alijs actiue explicatur hoc modo: *regnum*  
*calorum tota vi sua aduenit, & licet Iudæi omnibus viribus id prohibere conentur,*  
*potenter tamen se insinuat, & in corda irrumperè cupit.* Ita actiue occurrit adhuc se-  
 mel *Luc. xvi. 16.* & compos. *παρὰ βιάξαι* c. *xvii. 29.* *Act. xvi. 15.* frequentius vero  
 apud LXX e. g. *Ex. xix. 24.* quem locum respici, haud obscure innuit *Grotius*, quando  
 sic scribit: *Olim populus veteris βιάξαι ad montem Sina scandendum: est enim ea vox*  
*in versione Græca* Nunc id licet in montem illum *Μυσικώταλον*. Vid. etiam LXX *Gen.*  
*xxxiii. 2.* *Deut. xxii. 25.* *Iud. xix. 7.* & Dissert. nostra de *Vsu librorum Apoc. V. T. in N.*  
*T. p. 14.* (m) *Κατακυριεύσει* *Marth. xx. 25.* Pontificii, vt dominatum suum  
 stabiliant, non simplicem, sed violentum dominatum, nulla iuris ac æquitatis habitara-  
 tione, qualis tyannorum est, hoc verbo prohiberi contendunt, atque hunc sensum e  
 præpositione *κατὰ*, eum qua verbum compositum est, eliciunt. Enimvero ad h. 20. a  
 Pon<sup>o</sup>

Ponti  
 quorq  
 re vo  
 moni  
 Ned  
 idem  
 ferre  
 vti  
 ἰσὺς  
 omni  
 Pet  
 nulli  
 fieri  
 p. 24  
 Marc  
 post  
 eret  
 te ad  
 nu ai  
 quak  
 zellig  
 Atq  
 Iaco  
 ven A  
 viii,  
 verbi  
 desio  
 gyp  
 fere  
 imp  
 Ven  
 16. I  
 Vid  
 ἀπ  
 fati  
 lo s  
 ficio  
 Am  
 For  
 lo I  
 tell



Pontificis h. l. sensui verbi non tantum totus contextus aperte reclamatur: sed ipsum quoque vocabulum. Quod si servator tyrannicam tantum dominationem removere voluisset, quomodo quæso petitioni matris filiorum Zebedæi convenisset hæc admonitio? Non enim tyrannicum dominatum efflagitabat, sed *το καὶ δίκην* v. 21. Nec est, quod præpositionem *καὶ* a vrgeant, quum verbum *κατακλιθεὶς* sapissime idem denoter, ac *το κλισθεὶς*. Sufficeret quidem vnicum locum Luc. xxii, 27. conferre, vbi Spiritus S. optimus verborum suorum Interpres, simplici verbo *κλισθεὶς* utitur. At pro scopo dissertationis nostræ addimus loca ex Græca versione, in quibus *το κατακλιθεὶς* idem quod *κλισθεὶς*. e. g. Gen. I, 28. c. ix, 17. Pf. LXXII, 8. &c. Igitur omnem dominatus affectationem h. l. interdicti, est manetque inconcussum, coll. 1 Petr. V, 3. 2 Cor. I, 24. licet ordo inter Ecclesiæ ministros non tollatur. Vnde nonnulli optime ad h. l. observant, Christum non prohibuisse maiorem esse, sed *magnum fieri velle*. Interdicitur *dominatio*, interdicitur *administratio*. Bernhard. Vid. *Manii Harm.* p. 2434. & Dissert. de *Vsu librorum Apocryph. V. T. in N. T.* p. 11. ( ) *πυγμῆ* Marc. vii, 3. Nonnulli vertunt, *assidue, al. ad cubitum usque*, ita vt manus lauerint, & post manuum lotionem eas sursum eleuauerint, quo aqua manibus adherens deslueret ad cubitum vsq; putantes hoc sufficere ad tollendam immunditiam, si quæ forte adhæssisset. At Grotius in h. l. *Facto pugno; nam manum in pugnum compressam manu altera lauant. Ita vertunt LXX Ex. xxi, 18.* ( ) Luc. xvi, 9. *ὅταν ἐκλίπητε, quando defeceritis, i. expiraueritis; quæ verba inter alios de morte temporali recte intelligit Theophylactus*, ad h. l. ita scribens: *ὅταν ἐκλίπωμεν ἢ ἀναχωρήσωμεν ἐν βίᾳ.* Atque sic apud LXX hoc verbum occurrit e. g. Gen. XLIX, 33. *וַיָּנֹחַ, & expirauit Iacob & collectus est ad patres suos.* Gr. *ἐξέλιπε.* Etc. xxv, 8. *ἢ ἐκλείπων ἀπέθανεν Ἀβραάμ.* Alii locum, ex Luca citatum, de defectu fidei interpretantur, coll. 2 Cor. viii, 14. Nec negandum est, & in sensu *desectus* adhibitum esse verbum in LXX virali versione e. g. Gen. xxv, 29. Esauus dicitur de agro rediisse *וַיָּבֹא, & defecit terra Aegypti.* Gr. *ἐξέλιπε* de Vid. v. 15. Prior tamen acceptio simplicior & huic alteri præferenda viderur. (p) *Si vero quid læsit te (Onesimu) aut quidquam debet tibi; hoc tibi imputato. Ego Paulus scripsi manu mea: Ego ἀποτίσω, adpendam.* Philem. v. 18. 19. Verbum est inter *ἀπᾶς λέγομενα* N. T. c. lxx Hebr. *שלם* ita vertunt Leu. V, 16. *Id autem, circa quod peccauit de sancto, שלם restituet. LXX: ἀποτίσει.* Sic v. 24. Vid. P. LXXIX, 5. vbi Messias queritur: *quod non rapui, attamen יָשַׁן restituo, LXX: ἀπετίσω.* Vid. B. *Lutheri* præf. in epist. ad Philem

VIII. Ceterum hæc pauca sufficiant, ex quibus vsus LXX Interpretum in N. T. satis, arbitror, constabit. Pura dabunt adnotata ad Biblia nostra Hebræa, quæ sub prelo sunt. Vid. etiam exempla, vsus in primis Theologiæ, in Dn. D. *Pauli Antonii* Disquisitionibus de *Vera & Falsa Doctrina* p. 5. 6. 11. 12. & in *Bigameditationum Theol.* pag. 8. Amplissimum vero vsus is demum persentiscet, qui post lectos & probe gustatos Fontes, tum Veteris tum Noui Testamenti, ipsos etiam LXX Interpretes adhibet, se duolo leget & releget. Debemus autem D. O. M. pro hoc etiam verbi ipsius thesauro & intelligendi adminiculo humillimas agere gratias, nec minus curam adhibere, vt diuino hoc dono recte utamur, & ad verum finem atque vsus omnia dirigamus.

INDEX  
 LOCORVM N. TESTAMENTI, QVAE IN HAC DISSER-  
 TATIONE EX VERSIONE TON LXX ILLUSTRAN-  
 TVR.

MATTH.	MARCVS.	IOANNES.	AD ROMAN.	AD TITVM
CAP.	Pag.	III, 14. 44	II, 18. 31	III, 28. 19
I, v. l.	40	21. 30	V, 30. 44	VIII, 32. 39
II, 16.	39	30	VI, 12. 31	XVI, 2. 46
III, 4.	ibid. VIII, 31.	43	ibid. 27. 44	I AD CO- 18. 19. 47
IV, 10.	19	X, 21. 32	VII, 28. 44	RINTH. AD HEBR. 47
VI, 28.	35	XIV, 3. 34	ibid. 27	VIII, 6. 36
VII, 13.	30	51. 32	ibid. XIV, 2. 30	X, 3. 27
VIII, 25.	33	XVI, 4. 39	ibid. XVI, 13. 30	II AD CO- XI, 3. 28
X, 27.	43	LVCAS. 26.	ibid. 44	RINTH. 5. 33
XI, 29.	19	II, 38. 46	XII, 1. 24.	1. 24. 47
XII, 40.	24	seq. 17. 18.	ibid. 26.	VI, 17. 38
XVI, 21.	32	35. 25	XIV, 3. 39	IX, 5. 45
XVII, 5.	33	VI, 30. 33	XV, 8. 34	XII, 13. 46
XIX, 22.	34	X, 23. 39	XVI, 5. 27	AD GALAT. V, 3. 47
XX, 28.	44	XII, 42. 23	XVII, 5. 16.	III, 16. 45
XXI, 5.	19	XV, 13. 27	XVIII, 5. 44	AD EPHES. I, 17. 33
XXII, 44.	46	XVI, 9. 47	44	V, 2. 38
XXIII, 23.	23	XVIII, 5. 44	44	VI, 12. 46
XXVI, 15.	43	14. 42	VII, 14. 43	AD PHILIPP. VI, 12. 45
24.	41	XXII, 2. 39	39	II, 12. 45
36.	39	XXIII, 2. 39	39	IV, 8. 29
62.	ibid.	XXIV, 51. 43	39	AD COLOSS. IV, 8. 29
		14. 44	39	II, 23. 45
		16. 37	39	AD THESS. I AD THESS. IV, 15. 43
			39	II AD THESS. III, 12. 43
			39	V, 6. 44
			39	I AD TIM. XI, 8. 27
			39	II AD TIM. VI, 8. 32
			39	XIII, 8. 38
			39	XVIII, 13. 45

CORRIGENDA.

Pag. 16. lin. 18, leg. *opera*. 1. 27. leg. *Peolomai*. Reliqua E. L. corriget.





ULB Halle

3

003 245 462



86-





Q. D. B. V.  
DISSERTATIO PHILOLOGICA  
DE

V S V

LXX INTERPRETVM  
IN  
N. TESTAMENTO.

QVAM  
PRÆSIDE

D. IOANNI HENRICO MICHAELIS,  
SS. TH. ET SS. LL. P. P. ORD.

PATRONO SVO, PRÆCEPTORE AC HOSPITE VENERANDO,  
Pro Priuilegiis Philosophiæ & Artium MA-  
GISTRI impetrandis,

placido eruditorum examini

*In Academia Fridericiana d. III. Aug. MDCCIX. submisit*

AUCTOR

GEORG. IO. HENCKE,

Vlza-Luneburgicus, nunc Ecclesiæ Glauchenfis  
DIACONVS.

*Ediitio tertia auctior, & cum Indice locorum N. T. ex versione τῶν  
LXX illustratorum.*

HALÆ MAGDEBVRGICÆ,  
Typis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr. 1721.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Farbkarte #13

B.I.G.

Centimetres

Inches

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8

b<sub>2</sub>

Subl 3

1909 g

16

